GAUDEO

John Carter Brown
Library
Brown University

The John Carter Brown Library
Brown University
Purchased from the
Louisa D. Sharpe Metcalf Fund

S.III P.V

Joannes Bapta [illegible]
Sacerdos. [illegible]
emit Venetiis an. 1854.

DIONYSII

APHRI DE TOTIVS OR-
bis ſitu, Antonio Becharia Veronenſi inter-
prete, conſumatiſſimum opus.

IOANNIS PRAETEREA
Honteri Coronenſis de Coſmographiæ
rudimentis libri duo.

Cœlorum partes, ſtellas cum flatibus, amnes,
Regnaq; cum populis, parue libelle tenes.

EXCVDEBAT HENRICVS
PETRVS BASILEAE.

ALBANVS TORINVS ALEXANDRO CVlier, Henricoq́; Rhihener optimæ ſpei puſionib. Salutem.

IN rectè promouendis liberalibus diſciplinis, iuuandisq́; humanioribus literis, quæ citra controuerſiã mortalium uitæ plurimum emolumẽti uoluptatisq́; cõferũt, Coſmographiæ ſtudio præcipua cura adhibenda eſt, quoniam non ad hiſtorias tantũ, ad quas comprimis neceſſaria eſt, ſed ad intelligendos omne genus autorum, ſacrasq́; literas, atq; adeò ciuilia principumq́; negocia, ne priuatas actiões dicã, principem uſum ſuggerit. Quis etenim nõ uideat Alexander & Henrice, optimæ indolis pueri, omnem priſcorum autorum lectionem nõ obſcuram modo, ſed cæcam omnino citra Geographiæ cognitionem, exiſtere? omni rerum geſtarum narrationi lucem adferre, publica priuataq́; cõſilia adiuuare? cõtrouerſias (ambigẽtibus de ditione ſua principibus) dirimere? Proinde ea diſciplina (quam ſummam nõnulli philoſophiam aſſerunt) uetuſtas pueritiam protinus ab increpũdijs,

ut dicitur, imbuit, & ediſci etiam hanc uoluit. Aſtronomia porrò quæ ſyderum ortus, occaſus, motusq́ perſcrutatur, præterquàm quod pleroſq; autores illuſtrat, pernicies illas à medicis obſeruandas occaſiones deſcribit: Tempora, ſine quibus opera ruſticana (quæ uitam mortalium ſuſtinent) exercere non poſſunt, locorum item dimenſiones & abſceſſus ſcitè determinat: Omnem nauigãdi rationem adeo ſanè adiuuat, ut citra eius cognitionem incerta inter grauiſſima diſcrimina iactet. Neq; tamen probo eos, qui tam diuinam artem, neſcio quibus ſuperſtitionũ ineptijs replent, & ad quandam abditarum, uenturarumq́ rerum diuinationem referunt, qua ſtultorum hominum mentes mira uanitate detinent, ludunt, & ad impietatem etiam pedetentim pelliciunt. Geographiam, quę immenſos marium fluminumq́ tractus, terrarum, montium, & regionum oras, diuerſarum ac innumerarũ gentium oppida, moresq́ deſcribit, Dionyſius Apher feliciſſima breuitate metris complexus eſt. Quàm non infelicius & dilucidius laxo orationis habitu in Latium transfudit Antonius Becharia Veronenſis, uir, ceu ea indicat traductio, diſertiſſimus & doctiſſimus, & ita quidem afre, ut cũ Dionyſio Aphro certaſſe uideatur, adeo ut me in ſingularem ſui admirationem excitarit. Coſmographicæ ar

tis rudimenta ex probatiſſimis autoribus in duos li/
bellos diligenter ſcitiſſimeq́ꝫ Ioan. meus Honterus
Coronenſis, uir apprimè eruditus & elegans congeſ/
ſit. In quibus ſanè generaliſſima quæq́ꝫ, & ſcitu digniſ
ſima ſuccinctiſſime comprehendit. Quum autem uo
bis non tam ob parentum ueſtrorum merita, quàm
ob ueſtras etiam uirtutes ac ſtudia, affinitatemq́ꝫ no/
ſtram ſanctiſſimā ingenti beneuolentia & amore de/
uinctus ſim, geſtiui animi mei erga uos teſtimoniū
hac dedicatione proferre, ut quos ſanguinis coniun/
ctio, par ætas, indolis ſpectata bonitas, parentū ſum/
mum uos rectè inſtituendi ſtudium, coniungit, dedi/
catorium etiam hoc noſtrū nectat epiſtolium, quod
mutui inter uos amoris perpetuū ac indiſſolubile uin
culū eſſe deſydero, meę́q́ꝫ dilectionis & curę, ut dixi/
mus, teſtimoniū. Cupio eñ uobis miniſtrari occaſio/
nem nunquam relinquendarum literarum, quarum
quantus ſit in rebus mortalium uſus, habetis domi
exempla clariſſima ueſtros parentes, quibus quan/
tum uſui ſint ad Chriſtianam pietatem literę, clarè
uidetis. Quid enim eſt uſquam in ſacris biblijs, quod
nō mente & memoria melius quàm ſuperſtitioſi qui/
dam Theologi teneant. Cuius rei fructum ferunt
humanitatem, & animi tranquillitatem in omnibus
quæ hominibus accidere ſolent. Vt taceam interim

 ſingu/

ſingularem literarum commoditatem in patre tuo Henrice, neq; enim obſcurum, quanto ciuibus noſtris boniſq; omnibus facundia eius ſit ſolatio, quantoq; hoſtibus terrori. Sũt igitur uobis domeſtica propoſita exempla, quę uos ad optima literarum ſtudia incitare & inflammare poſſunt, eſt uobis ingenium ut ſequi poſſitis, accedit genitorum uoluntas atq; facultas, ut nihil deſit quod uos impediat ab optimo literarum ſtudio. Si quas ipſe potero ſuppetias adferre, ſedulo ſtudebo, ne in his quę uobis infinitis nominibus debeo, deſim. Quo inſtituto & in pręſentia geminos hoſce libellos uobis conſecro, ut ſint uobis ueluti propoſita meta, ad quã manibus ac pedibus properetis, quàm poteſt per ętatem fieri maturimè. Cupio uos tandem cum parentibus ueſtris plurimũ ualere, uel potius χαίρειν, hoc eſt, uiuere, quibus ſi gratum hoc meum erga uos ſtudium cognouero, ſublimi feriam ſydera uertice pręlætitia, daboq; operam, ut fauoris mei erga uos ſemper ſymbolũ aliquod exhibeam, uos modo, ut parentũ & meo uoto reſpõdeatis, contendite. Iterum ualete æternum.

Baſileæ III Calend. Septemb.

Anno M.D.XXXIIII.

DIONYSII APHRI VITA EX RAPHAELIS VOLATERANI ANTHROPOLOGIA.

Dionyſius Corinthius ut Suidas ſcribit, ut alij, Apher ex Byzanthe ciuitate, Temporibus Auguſti ſcripſit Geographiam uerſibus hexametris, conuerſam à Priſcicano (uel ut alij putant à Rhemnio Grammatico) Itemq́; de Lapidibus & Auibus, de Bacchis quæ omnia deperdita præter Geographiam, deſiderãtur.

ANTONII BECHARIAE VERONENSIS VIRI DISERTISSIMI IN DIONYSII Afri de ambitu orbis traductionem, ad clariſs. Phyſicũ Hieronymum de Leonardis, præfatio.

DIONYSII Alexandrini philoſophi cum nuper in libellum quendam concidiſſem, quem ipſe hexametro uerſu, de ea parte orbis quæ habitabilis dicit', adoleſcens admodum conſcripſerat. Mirum fuit, mi Hieronyme, quàm mihi præ cæteris placuerit illius ſummi & excellẽtiſſimi uiri ingenium: Cõſiderabam enim in hoc homine, non ea, quę cæteri ſolent, ſingularia quędã & pręſtantiſſima munera iudicare, qualia ſunt, quæ aut ad ualitudinem corporis pertinent, aut ad pulchritudinem, aut quę ad eius dignitatis ſtatum & excellentiam ſunt tradita: cum ea mihi uiderentur eiuſmodi eſſe, ut cum partim à natura proficiſcãtur, partim etiã à fortuna: neq; magis ab humana opera prouenirent, quàm diuina quadã benignitate & cœ-

leſti donō mortalibus elargirentur: non tamē ea eſſe, licet ampliſſima, quæ poſſent ueram homini laudem aut gloriam comparare: Cum neq; ea quæ ſunt inſita homini à natura, neq; etiā quę à fortuna proficiſcuntur, ulla prorſus promereri, ut noſti, laudē uideātur. Tametſi multa quoq; huiuſmodi cōſecutus fuiſſe traditur, quæ inter cætera præſtantiſſima naturæ ipſius aut fortunę munera non inferiora pro ſui excellentia & magnitudine uideantur. Erat enim ex ſummis ortus parentibus: neq; cuiquam nobilitate animi aut diuitiarum copia cedere uidebatur. Sed erant alia quædā lōge ampliora, quę me cogebāt in eo uiro nō ſolū laudare, & recte quidē laudare, ſed etiā admirari, atq; id efficere, ut quantis poſſem uiribus eniterer ne omnino huiuſmodi uiri facta iacerent, ne ue inter Grecorum ruinas, quibus iam prope immerſa eſt patria illa, hoſtium lapidibus aut telis obruerētur. Quę quidem cum ſint eiuſmodi, ut non illa mihi uiderentur aliūde comparata, ſed potius ſua uirtute & induſtria animiq; magnitudine & præſtantia conquiſita, exiſtimaui non magis aliena dici poſſe quàm ſua: & propterea non à natura unquā repeti poſſe neq; à fortuna, ſed potius illum & naturam & fortunam ſingulari ſtudio & diligentia ſuperaſſe. Omitto ea quę uſq; ab ineunte adoleſcentia, ſumma ſemper fide & inte-

gritate

gritate de ſe pręſtitiſſe traditur: tametſi certo ſciã po-
tiſſima eſſe, à quibus facile occluſus ad uerã laudem
aditus aperitur: cum huiuſmodi in ea ætate uirtutes
nõ ſint niſi quędã iuſticię ipſius ſemina: quę cum ado-
leuerint & ad perfectam peruenerint maturitatem,
mirabiles pariunt ad cæterarum omnium cupiditatẽ
fructus. Veruntamen nec ea fuiſſe fateor, quæ me
tãtopere afficerẽt de eo uiro, & ſi prę ſtantiſſima qui-
dem ut erant & omni admiratione digniſſima, & po-
tiſſimũ cum rememorarẽ illa multis etiã cum alijs ui-
ris, qui ea ętate floruerunt, communia extitiſſe. Neq;
ſolum ipſum fuiſſe, qui tum eam laudis gloriam con-
ſequeretur, tum etiam cum ipſæ uirtutes uiderentur
quodãmodo ſua prorſus mercede & gratia caruiſſe,
poſtquam nec dum effluxiſſet inter mortales. Verum
illud & inextinguibile pietatis lumẽ, quod illarũ gen-
tium oculis iniectam caliginem detergeret illuſtra-
retq;: cum exorto tum primum manifeſtum eſſe cœ-
piſſe homines intueri, & patefactas eſſe hominum in
ſidias & dolos, quibus humanum genus quaſi cathe-
nis quibuſdam irretitum inexorabili ſeruitute detine
batur. Verum illud me prę cęteris mouebat, mi Hie-
ronyme, non quod ex ſui natura maius eſſe in homi-
ne exiſtimarem, quã ea quæ dixerim, ſed quod mihi
maiori quadã admiratione dignum uidebatur. Nam

cum eſſet ex ſummo loco (ut dixi) natus, & adoleſcēs adhuc, in tantisq́; educatus delicijs, quantis alius quiſpiam potuiſſet: in ea potiſſimū ciuitate, quæ tum maxime omnium rerum affluentia & magnitudine cæteris omnibus anteibat, tantam tamen addiderit huic uitæ felicitati aliarum artium doctrinam & cognitionem, ut longe ampliora iſta, quàm ſuperiora illa, iudicarentur. Ex quo euenit, ut creſcente paulatim cum eius ætate doctrina, ipſius etiam fama continue cum dignitate ſuccreſceret. Neque minus eſſe, quod conſequebatur ab ipſa doctrina, laudis & amplitudinis, quàm & cæteris commodis gloriæ uirtutis. Accedebat etiam ad ipſius uiri laudem & admirationem, quod cum multa & uaria ſcripſiſſe conſtet, quæ paſſim diffuſa græcis hominibus legenda tradiderat, tanta tamen ea cum elegantia & dicendi copia & ubertate ſcripſiſſe dicitur, ut ipſe non lingua locutus fuiſſe, ſed manu omnia finxiſſe, tanquam Phidias quidam, pro uoluntate uideret. Quod quidem potiſſimum fuit, ut & ipſe hunc laborem non recuſarem, atque illum è grȩco ſermone in latinum conuerterem: tametſi eijſdē me metri legibus, quibus ipſe, aſtringi non uelim, ut liberior curſu noſtra percurrat oratio. Feci enim, ut pictores ſolȩnt, qui cum uelint alicuius perpulchri corporis habitudinem liniamentaq́;

Quare ſoluta oratione tranſtulerit.

taq́ꝫ deducere, neqꝫ enim id facile poſſint ob illorum mirabilem, nec ſine harmonia quadam, ut ita dicam, concinnitate, aptiſſimamq́ꝫ membrorum omniũ cõpoſitionem, eam tamen nituntur de ſe præſtare, quæ ſaltem ſimilitudinem quandam, etſi non proprietatem, præ ſe ferant. Statui etiam illum tibi dedicatum iri, quo noſtram iam inceptam beniuolẽtiam aliquo meo munere honeſtarem, & crepundijs applauderẽ filioli tui, quem ipſe paulo ante unà cum pręſule meo ex ſacro baptiſmatis fonte ſuſcepimus: ut cum adoleuerit, habeat etiam ex me, cum quo oblectetur ipſe, & noſtrę huic beniuolentię congratuletur, atqꝫ illud in perpetuum tanquam firmiſſimũ quoddam mutuę noſtrę charitatis pignus, obſeruet.

Præſul de quo loquitur fuit Hermolaus Barbarus.

DIONISII

AFRI DE SITV ORBIS HAbitabilis opuſculum, Antonio Becharia Veronenſi interprete.

TERRA omnis, cum oceano tanquam ingens quędam inſula & immenſa penè circunuallетur, non tamen prorſus globea eſt, neq; omnino rotunda: cum utrinq; ad ſolis ſemitam altius erecta caliginoſæ cuiuſdam quaſi nubeculæ ſpeciem pręſtet. Hæc etſi unica ſit, in tres tamen partes ueteres diſtinxere illam: Quarum quidē unam uoluerunt Libyam dici, à Libe olim perdomitam: ſeu ab eo quod frigoris rigiditate careat, Aphricā: alteram, à muliere deperdita, Europam: tertiā, quæ cęteras magnitudine uinceret, Aſiā. Libya ab Europa ſecernitur, ab uno quidē latere, littore Gaditano, ab alio autē hoſtio Nili: ea potiſſimū in parte, unde borealis ſinus Ægypti porrigitur: & glorioſum illud Canopi amiclei templum conditū. Europā uero ab Aſia Tanais flumen diſiungens, atq;

Libya à Libe dicta.

Europa à muliere deperdita, ſunt hæc adiecta ab interprete.

Aſia.

Fines inter libyã & Europam.

Fines Europæ & Aſiæ.

Tanais fluuius

ambarum

ambarum fines utrinq; perlambẽs in Boream uerſus per Sauromatas in Scythiã uſq; atq; in mœotidis palu dem protenditur. Ad auſtrum autẽ uerſus helleſpon tum, primũ extẽdit termini ſignum: ac deinde hoſtiũ Nili: quod magis etiam quã helleſpontus ipſe conſpi citur ad auſtrum. Alij tamen dicunt terram quadram eſſe: quę cum ita gemino incingatur freto Caſpio ſci licet, & Euxino: Græci illam ut cæteras alias quę ſunt huiuſmodi Iſthmum appellauere: eamq; eſſe quę utri uſq; fine ac termino illiditur. Fuerunt & qui dicerent, alium Iſthmum, qui in auſtralem & ipſe diſtenſus pla/gam, atq; Arabiæ & Ægypti perſcindẽs ſinum eſſe, qui ab Aſia Libyã ipſam ſeiungit. His itaq; limitibus cum uniuerſa tripartita ſit tellus: nulli dubitandum e/rit, quin & ipſa ab oceano circumualletur. Qui quidẽ oceanus licet & ipſe unicus ſit, quemadmodum & tel lus, multis tamen ac diuerſis nominibus tanquã uallũ quoddam & diſtractũ per partes corporis diſtingui/tur. Prope enim loca extrema, unde zephyrus ſpi/rat, & mons ille Atlas erigitur, haud amplius ocea/nus dicitur, ſed ab Heſperia ulteriori, quam illidit He ſperium mare, aut ab ipſo mõte atlantico Atlanticũ. At ſuperius ad boream ubi ferociſſimę Arimaſporũ gentes tenent: cum ſol ibi tarde tepideq; illuceat ob ipſius à curſu diſtantiam, & uallatam altiſſimis colli/

Sauromatæ.

Nilus fluuius.

Caſpiũ & Euxinum maria, terrã cingentia.

Heſperium mare.

Atlanticũ mare.

Arimaſporum gentes ferociſsimæ.

bus regionem:ex quibus caliginoſis ſemper obtegi-tur nubibus,& obdurata inhorreſcit glacie,quicquid ea loca circunfluit oceani, à concretis undis Glacialem Pontum appellant: aut ab eo quod ibi fluctus interiſſe uideantur, mortuum mare, tum etiam quod ſine motu perpetue conquieſcat, Saturnium. Vnde autem oritur ſol,Eoum,illud autem Indicium uocāt. Ex quo quidem ſtatim illud ad auſtrum uerſus effunditur,quod Rubrum ſiue Æthiopicum appellant:ex ea maxime parte qua uaſta quędam ſolitudo & inhabitabilis terræ plaga conſpicitur, ardentibus ſemper caloribus exuſta. Ita ſanè oceanus terrā uniuerſam circuit. Verū ex hoc multi quoq; ex omni parte ſinus erumpūt,qui cum per mediū ipſius terræ diffundantur,noſtri uero mediterranea maria,Gręci κόλπους dixere. Ex his igitur ſit ille primus quē diximus Heſperiū uocari,quod ab extremis Heſperię ac Libyę defluens ad Pamphyliā uſq; proripit: Alter uero qui licet, ſit minor,ſuperat tamē utilitate.Effluit em̄ ex eo mari, quod diximus glaciale ſeu Saturniū appellari, ea potiſſimū ex parte, quæ Caſpia eſt,& turbulentus efflat Boreas,atq; illud efficit fretū, quod dicitur Hircanū. Alij uero qui reliqui ſunt,ambo ab auſtro dilabentes, qui ſuperior eſt in Perſidē uſq; aduerſus Caſpium inuehitur,ac Perſicū efficit ſinum: alter autē Arabicū: quod

Pontus glacialis,aliàs mare mortuum.

Mare Eoum & Indicum.

Mare rubrum aliter Aethiopicum.

Pamphilia.

Mare Saturnium.

Hircanū mare

quod quidem paulatim irrumpens tãdem in Euxinũ contrahitur, atq; ex Arabico in Euxini ponti nomen commutatur. Sunt tamen & alij complures ſinus, ſed quoniam obſcuri ſunt, nec ulla cum his utilitate conferendi, neq; unquam à noſtris ſunt tentati, ideoq; inter mortuos relinquendi. Verum his ita partitis redeundum eſſe ad eos cenſeo, quos ſupra quatuor exiſtere commemoraui, ut quales ipſi ſint, quam'ue obſeruent ſemitam, & quas inundẽt regiones, lucidius declarentur. Heſperius igitur ſinus, ut ab oceano incipiam, qui omnes amplitudine ac longiori uincit curſu, cum multas gentes & ciuitates ac oppida illidat, multasq; circunfluat inſulas & altiſſimos colles: omnia tamẽ multarum rerum commeatu & uarietate replet, ſpargitq; ubiq; mirabilem ubertatem. Ipſe enim eſt in cuius fronte columnas illas ingentes ferunt ab Hercule uulgatiſſima quondam fama cõfixas extitiſſe, ad Atlantis potiſſimũ uerticẽ, atq; ad Gadium extrema, inter quas una adhuc conſpicitur, quæ tota ænea eſt, ad tantamq; porrectam altitudinem, ut tranſcendere nubes uideatur, atq; ipſum quod mirabile eſt cœlum attingere. Hinc maris Hiberici principiũ exoritur, & propterea ad metam illam tanquã ad caput quodam inſudaſſe Hercules dicitur, qui omnium illarum gentium uictor euaſerat. At id poſtea cum medium

Veſperi maris deſcriptio.

Vbi Herculis columnæ.

Vna ex eis ænea & altiſſima.

Mare Hibericum.

interfluat Libyę ac Europæ fines, cognoſcendi etiam utriuſq; principij argumẽtum præſtat, cum columnę ipſę eo modo infixe ſint, unaquęq; ad littus ſuũ poſita, altera quidem Europam indicet, altera uero Libyam, ſiue Aphricam. Tum uero cum in longum diſtendatur mare, perfundatq́; poſt Gallię paulò littora, tandẽ ad Maſſiliam uſq; ſinuoſis fluctibus inflectitur, ac priſtino deinde amiſſo nomine, Gallicũ deinceps appellatur. Poſtea uero per Liguriam dilabens, unde Italia iam incipit oriri & Auſonię gẽtes, ciuitates illius per multas illidit, qua maxime ad Boream ſpectant, atq; inde etiam Liguſticum à Liguria ipſa, quã lambit uocitatur: Prorumpitq́; inde ſtatim ad Leucopetrã uſq;, quæ è regione poſita Siculo abluitur freto. Tum uero ad Cyrnum, quæ Corſica eſt, atq; inde ad Sardiniã influctuans, ab ea ſtatim Sardinium appellatur. Deinde uero ad auſtrum uerſus Tyrrheniam radens, Tyrrhenum uocatur. Sed cum poſtea incuruetur ad oriẽtem ſolem, & Siciliam circumferiat iniectã freto, Siculum: transfuſumq́; deinde Pachynum montem, atq; ad Cretam uſq; prorumpens, quę in ampliſſimo iam ipſius maris ſpacio inuoluitur, confeſtim ſacrã illam, & religione & uenuſtate uenerabilem, Gortynam oſtendit. neq; minus ipſam Phæſton, etſi magis intra continẽtem ſit ſita, quę quidem cum accliuis ſit & retorta

Maſſilia. Mare Gallicũ. Principium Italiæ. Auſoniæ gẽtes. Mare Liguſticũ à Liguria. Leucopetra. Siculũ fretum. Cyrnus id eſt, Corſica. Mare Sardinium. Tyrrhenum mare. Mons Pachinus. Creta. Phæſtos & Gortyna.

torta ad cuiuſdam capitis arietini ſimilitudinem, arietis illam caput incolæ appelauerunt. Tum uero cum iam ad Iapygiam uſq; reclinet, atq; inde ad Boreã uerſus dilatet ſeſe, Adriatici confeſtim nomen adoritur: ac rurſus ad Heſperiam citeriorem conflexus Ioniũ efficit mare, ex quo geminæ è cõſpectu regiones poſitæ, ſtatim aperiuntur: Quarũ altera quę ingredientibus ad dextrã eſt ſita, Illyrica dicitur: altera uero quę ad ſiniſtram conſpicit, ipſa eſt Auſonia. Quę quidem cum & ipſa ſit tanquam ingens quidam Iſthmus extẽſa per continentẽ, triplici prope occluditur mari, Tyrrheno ſcilicet, & Siculo, atq; hoc quod nup diximus, Adriatico: Quorum unumquodq; à ſuo uento depoſcit motum, ut qui ad alienas mercãtur regiones, tuto poſſint è portu euadere. Nam Tyrrhenũ Zephyrum depoſcit, Siculum uero agitur Noto, & Adriaticum Euro. Sed cum à Sicilia quod Siculum eſt, in Lybiam uerſus irrumpat, meridianasq; inundet Syrtes, alterum ſtatim incurrens mare, & ſi amplius ſit illud & latius, totum tamen illud euertere funditus uidet. Verum quod interius eſt, cum imbecillem habeat aditum, alterius à longe irrumpentis accipiens fluctus, tanto plerunq; cum impetu inuoluitur, ut ex mõtibus Siculis fluctus qui à Creta prorumpunt, rurſus ad orientem uerſus atq; ad Salmonidos uſq; uerticẽ relidantur.

Caput arietis.

Iapygia.

Mare Adriaticum.

Ionium mare

Illyria & Auſonia regione.

Tyrrhenũ zephyrum.

Siculum Notum, & Adriaticum Eurum uolunt.

Syrtes ad meridiẽ poſitæ.

 tur,

tur,quem dicunt ſumnmum ipſius Cretæ caput orien
talis:Sed tum maxime hæc duo maria ita fremere ac
Boreas Iſmaricus. concertare inter ſe uidentur, cum impelluntur ab Iſ-
marico Borea,qui eruere è conſpectu conſueuit.Ho
Phariũ mare. rum primum nautę Pharium uocant, quod quidem
Caſis mons. uſq; in poſtremum Caſis montis angulum contrahi-
Mare Sidoniũ tur,Sidonium uero alterum,quod ubi tractũ per Bo-
reã in interiora diſtenditur terrę, atq; Iſſicam regionẽ
Iſsica regio,et mare Iſsicum. illidens Iſſicũ ſtatim appellatur:Nec inde multo lon-
gius apud Siciliam cõuerſum conquieſcit.Tum uero
obliquis reiectum in Boream fluctibus,tanquam ſer-
pens quidam inflectens ſe,atq; in plures contorquens
Pamphylia regio. ſinus Pamphyliam lambit. Sed cum ad Chelidoniũ
uſq; peruenit inſulas,Zephyri ſignum capit, ſummi-
Patara. tatem Patareidos uerticis detegens à longe. At rur-
Aegeum mare fremẽs & ſtridẽs præ cæteris ac periculoſum. ſus ad Boream uerſus Aegeum efficit mare, cuius cõ
fracti exitus ſparſis inſulis fluctus adeò & ipſi plerunq;
ſtrident & fremunt, ut nullum aliud eſſe mare creda-
tur quod maiores efferat motus, neq; periculoſiores,
neq; quod magis ab alto immurmuret.Tum uero ad
Tenodum uſq; progrediens tãquam ibi poſtremum
infigat pedem,& tantę tedeat amplitudinis,obliuiſca
turq; eius ferocitatem in anguſtum delapſum alueum
noua paulatim induitur forma,& aliud ſibi hac fortu
na nomẽ acquirit.Nam neq; Ægeũ amplius dicitur,

neq;

neq; Pamphylicum, neq; Cilicum, ſed anguſtum mare eo uſq; quo ad hoſtium Thracis Boſphori peruenerit, quaq; ferūt, Io, Iunonis mœcham, cum in bouem fuiſſet mutata, illius cōſilijs enataſſe, unde & Boſphoron mare eſt appellatum. At ubi primum in anguſtū illum alueum ingeritur, diſtractum paulatim ad Boream, demum intra uniuerſam uſq; Propontidem irrumpit. Circa quā prope ex Aſia gentes colunt, ſparſę paſſim per continentem. Quæ tanqaum Iſthmus quidam ad auſtrum uerſus, late longeq; iniectus per medium extenditur. Verum cum ad ipſum applicuerit Boſphorum, in anguſtiorem longe ſe contrahens formā, anguſtiſſimum illud omnium efficit fretum. In quo etiam mirabile quiddam conſpici traditur: Impudentes quaſdam petras per medios fluctus errare, atq; intra ſe cum ſonitu & murmure coniungi copulariq;. Tum uero inde paulatim diffuſum ad orientem ſolem, paulo poſt in ampliſſimum diſtenditur æquor. Nonnullę etiam ipſas ſemitę conſpiciūt, quę partim ad orientem uerſæ, partim ad Boream inflectuntur, quæ inter duo eminent promontoria ex una utraq; radice porrecta. Quorum alterum ad Auſtrum quod uergitur, Carambum appellant. Alterum uero quod in Boream flectitur, Europam uerſus, à fronte hirta & retorta, Arietis & ipſum frontē uocant. Hæc etem

Anguſtum mare.

Boſphorum mare.

Vbi Io, in bouem conuerſa eſt.

Propontis.

Quid mirabile.

Carambum et Frons arietis, promontoria.

promontorio aduerſa conueniunt, non uicina quidem, ſed quantum ternis tranſire diebus queat nauigium: Vnde ſanè pontum cernas bimarem, arcus diſtenti fune torto inſtar diffuſum. Præferunt autē nerui curuati arcus indicia rectè deliniata dextera ponti. Quorum medium quidem, extra lineam, Boream ſpectans, Carambis habetur. Cornuum autem formam, littus quà pontum lęua ſub parte cingit, geminatis flexibus exhibent. Vnde Aquilonem uerſus Mæotidis unda paludis manat, quam Scythę innumeri circumundique accolūt, & matrem Ponti hanc perhibent: Quoniam ex hac Ponti gurgite multo rectà per Cimmerium Boſphorum unda labitur. Vbi complures ſub gelido pede Tauri Cimmerij habitant. Hactenus maris ſpecies ſub oculis poſita eſt.

TELLVRIS DESCRIPTIO.

NVnc uero continentis uniuerſæ formam commemorare inſtitui, quò, nunquam oculis uſurpata, ſcite docens ſummum honorem laudemq́ compares.

Auſpicabitur autem à Lybia, quæ ad Auſtrũ pariter & ad ſolis ortus Trapezio ſimilis ſerpit, à Gadibus incipiens & cunei modo in oceanum porrecta ad Arabicum uſq; mare terminat, ubi tellus poſita quæ Æthiopes partim quidem, partim & Erembos parit. Hæc enim cum homines gignat uarij ingenij maculatos, ut Pardi, etiam Græci eam παρδαλέην appellauerunt, magna ſiquidem ex ſui parte ſiticuloſa eſt admodũ & aſpera regio, nigriſq; paſſim quaſi quibuſdam obtecta ſquamis. At reliquus ipſius tractus, qui uſque ad Mauritaniȩ extenditur columnas, longe humanior eſt, & lætior ubertate. Huic uero propinqui ſunt Numidæ, ac deinde Maſſyliorúmque gentes, à quibus ferunt olim Maſſyliam conditam: Agreſte quidem hominum genus, quibus nulla eſſe prorſus cognitio colendi agri, dicitur, nec ullus aratri uſus, ſed ſolum per ſyluas & ſaltus errantes ferarum more glandibus & uenatione ueſci. Verum his

Africa.

Aethiopes & Erẽbi populi.

Mauritaniæ columnæ.

Numidæ populi.

Maſſylia urbs.

Gens Maſſyliorũ agreſtis, cui nulla agriculturæ ineſt cognitio, & glãde ueſcitur

his proximi ſunt Carthaginenſes, quorum ciuitas pulcherrimum inarcuat, quã ferũt olim à Didone, cum ex Phœnicia diſceſſiſſet, ad menſuram pellis bouine conditam extitiſſe.

De cõſtructione ſeu ædificatione Carthaginis.

His deinde adiacent Syrtes, quæ intra ſunt continentem. Sed ad orientem uerſus Aſię conſpiciũtur, longe ampliores difficiliſſimisq; infeſtiores arenarum profuſionibus, ubi etiam æſtuãte Tyrrheno cum cedere iam incipit, tanta plęrunq; conflata congeries conſpicitur, ut ingentes quędam moles illuc allatæ à fluctibus uideantur.

Vb adiacent Syrtes.

Sed illarũ inter prope medium ciuitas una poſita eſt, quã olim gręci Neapolim dixere, ſed à Lotophagis habitatam, quã quidem gentem ferunt hoſpitibus per benignam ac clementem extitiſſe, eamq; olim errantem Vlyxem humane ac comiter excepiſſe.

Neapolis ciuitas inter Syrtes ſita.

Lotophagi populi hoſpitibus benigni.

Circa quorum regionẽ habitacula quædam prope deſerta conſpiciũtur, perditis prorſus Naſamonijs, qui antea colebant ea loca, & quos tradunt ab Auſonio Iouis filio fuiſſe interfectos, cuius patrem contemnerent. His Asbyſtæ adiacent intra maxime cotinentem, ac templum illud uulgatiſſimum Libyci dei medias inter arenas conditum.

Aſbyſtæ populi.

Templũ Libici dei inter arenas conditum.

Tum etiam Cyrene ciuitas bonorum quidem equorum parens, ac Amyclæorum hominũ uetuſtiſſima ſedes: Iuxta quos Marmaridæ poſiti ad Ægyptũ uerſus, & Gætulorum gentes, atq; qui ipſis adhęrent Negretes.

Cyrene ciuitas bonorũ equorũ parens.

Marmaridæ populi.

Gætuli & Negretes populi.

Negretes. Tum uero Pharuſij, nec à Pharuſijs longe admodum Garamãtes. Poſtremi uero omniũ Æthiopes ad ipſum quidem oceanum cõiecti ac prope extrema temperie. Sed è regione ubi Blemij colunt, rupes quędam exurgit, ex qua delabitur Nilus. Qui cũ ad Æthiopes orientẽ uerſus fluat, ab eis Syrus eſt appellatus. Tum uero uſq; in Ægyptum dilabens cum ad Syenem uſq; ciuitatem peruenerit, ab illius incolis Nilus ſtatim inceptus eſt uocari. Inde uero in Boreã uerſus, multasq; tandem per partes diuiſus, hoſtijs ſeptem in mare deuehitur uniuerſam irrigãs Ægyptũ, ac eam undiq; replens mirabili ubertate. Nec profecto quiſpiã alius eſt fluuius in orbis parte, qui aut magnitudine, aut aquarum copia, aut utilitate poſſit cũ illo conferri. Ipſe eſt etiam qui terminus Libyę eſt, atque eam ab Aſia ſeiungit, ad Aphricam quidem ſeu ad Auſtrum Libyam relinquens, & ad oriẽtem Aſiã. Ipſa eſt enim Ægyptus illa quę ſemper ſummos uiros uarij atq; mirabilis ingenij produxit. Ægyptios enim primos fuiſſe traditur, qui uiuẽdi formam morumq; diſciplinam præſtiterũt, primosq; omnium aratrum inueniſſe, & ſulcaſſe terram, ac inieciſſe ſemina ferũt. Tum etiam primos, qui cœlum radio fuerunt dimenſi, & ſolis ipſius curſum obliquũ excogitauerint. Quique hanc primum terræ cognitionem aperuerint. Ex

Pharuſij.
Garamãtes & Aethiopes populi.
Blemij populi.
Ortus Nili, qui et Syrus dicitur.
Syenis ciuitas.
Nilus ſeptẽ hoſtijs intrat mare.
De laudibus Nili.
Lybiã ab Aſia diuidit Nilus.
De laudibus Aegypti & Aegyptiorũ.

quibus omnibus ipſa regio haud mediocrem laudē eſt conſecuta. Neq; præterea ulla alia eſt, quæ illā rerum omnium ubertate ſuperet, neq; quę ad pabulandum ſit fertilior, neq; quæ uincat illam ædificiorum excellentia & magnitudine. Forma enim ex ipſius extremis conſtat lateribus. Ampla quidem ad Boream uerſus, ſed ad orientem anguſtior, porrigiturq; uſq; ad Syenes decliuum, uallataq; undiq; binis mōtibus, quorum per mediū diffluit Nilus. Ipſa eſt quę olim plures clariſſimos ac prępotētes peperit uiros, ac tot principes extulit, & potiſſimū quod uetuſtiſſima illa Thebe centum quidem per portas digeſta in glorioſiſſimam lucem protulit. Vbi olim ferunt Memnonē illum regem perſpicaciſſimum ſuam exorientem auroram ſępius ſalutaſſe, quę ut eos aluit, qui Heptapolim mediterraneam colunt, & qui ad littora auſtralis maris Serbonida paludem uerſus ſunt admoti: ubi ad zephyrum ſita eſt ciuitas illa, quę olim ab Alexandro Macedonum rege fuiſſe condita dicitur, ubi etiā templum illud extat mirabile Iouis Sinopitę, famoſiſſimū quidem, atq; precioſiſſimis uarijsq; metallorum generibus elaboratum. Quo ferunt nullum unquam in terris uiſum maioris excellentię, neq; maiori admiratione dignum, nec ullam ditiorem ciuitatem, neq; omnibus in rębus fortunatiorē. Vnde à longe quoq; uenięntibus

De forma Aegypti.

Thebe centū portas habēs.

Ciuitas ab Alexandro cōdita, id eſt, Alexandria.

Templū Iouis

Speculæ Pallenidis.

uenientibus ſpeculæ illę uulgatiſſimę conſpiciuntur ſpecioſę Pallenidis. Tum uero ad orientem uerſus iuxta Caſſiotidis rupem, Pelei oppidũ erigitur: Cuius incolas ferunt adeò nauigandi peritos, ut à cęteris Libycis non humani, ſed diuini iudicentur. Sunt enim ad hoſtia poſiti ſeptemplicis Nili. Alij ſunt pręterea paſſim populi & gentes quàm plurimę in ipſa regiõe, quorum quidam ad oceani littora ſunt reiecti: Quidam etiam intra continentem, qui illam multitudine & ędificiorum excellentia replent. Permulti etiã circa Tritonidis lacus ripas colunt, qui per mediũ quoq; Libiæ dilabens in Pontum uſq; perfunditur.

Rupes Caſſiotidis.

Oppidũ Pelei cuius incolæ nauigãdi peritia clarent.

Ripæ Tritonidis lacus.

Situs Europæ.

SEquitur nunc Europe ſitus, cuius quidem forma non multũ à Libya differt, niſi quod ad ſeptentrionem uerſa, rurſus ad oriẽtem eodem modo reflectitur & finem attingit auſtralis Libyę, atq; ambo in Aſiam ęque ſe habent. Hæc quidẽ extremum ad Boream ueſtigium tenens, illa uero ad auſtrum. Verum ut de eius apertiori forma dicamus: Ipſa eiuſmodi ſita eſt, ut in eius frontibus quaſi cuiuſdam coni figuram facere uideatur, cum ad occidentẽ ſolem exacuatur quàm maxime, & ad orientem uerſus ampliſſime dilatatur. Id ęque ipſius fines quales ſint & quorſum progrediantur, quas'ue ipſæ gentes

De forma Europæ.

& nationes intra contineant, facilius aperietur. Itaq; à ſupremo ipſius latere incipiã, quod uſq; ad Herculis columnas protenditur. Hiberi primi ea loca tenẽt, genus quippe hominum elatiſſimum. Tum uero ad Boream uerſus Britanni occupant, deinde Germani, quorũ corpora cum & ſint cãdida & perpulchra, bellicoſi etiam ſunt à natura, eamq; maxime regionẽ tenent quæ circa equinum ſaltum eſt ſita. Neclonge Boia emergit regio lata & diffuſa, atq; à bouinę pellis ſimilitudine ſic appellata. Deinde ad Pyrrheneos mõtes uerſi uſq; ad Eridani fluenta Celtæ colunt, ubi ferunt Heliades ſorores dolore afflictas Phetontis fratris interitum tam diu deploraſſe, ut mortuæ omnes in alnos tandem arbores lachrymantes adhuc cõuerterentur, earumq; lachrymas à Celtis ipſis qui ea circũ habitant loca, ſępenumero emungi, cum in aureũ uertantur electrũ, & tanquã lapides dureſcant. Deinde uero ſequitur Tyrrhenia, ubi ad orientẽ alpes incipiunt extolli, ex quibus nimirũ Rhenus amnis latiſſimus exoritur. Sed primo quam ad Tyrrheniã trãſuehar primo mihi dicendũ erit de Rheno ipſo & quorſum protendãt eo uerſus ipſius Europę fines. Rhenus igitur cum ex alpibus illis erũpat: Germanos primo à Celtis interſecãs in borealẽ uſq; oceanũ ampliſſimo alueo decurrit. Sed prius quã mare attingat ex eius

fontibus

Hiberi populi elatiſſimi.

Britãni et Germani bellicoſi.

Saltus equinus.

Boia regio unde dicta ſit.

Montes Pyrrhenei.

Celtæ populi.

Eridanus fluuius.

De ſororibus Heliadibus in arbores conuerſis.

Tyrrhenia.

De ortu Rheni fluuij.

ſontibus intra Suenos procreans Iſtrũ uniuerſam pro pe regionẽ illam mercatoribus nauigabilem reddit. Hic enim Iſter cum ad orientem uertitur, multis alijs infuſis fluminibus conualeſcens, ſpumoſus tandẽ & obtectus caligine prope Peucen per quinq; ingentes alueos in Euxinum proripitur. Qua ſe ad Boreã refle/ ctit, multas ac uarias nationes irrigat, quouſq; ad ho/ ſtium peruenerit Mœotidis paludis. Nã Germanos primũ perlambens: Sarmatas deinde ſecat. Tũ uero Getas ac Baſternas inundans, qui ad oceanũ ſunt uer ſi: Dacibus facultatẽ adauget, neq; minus ad Alanos & Tauros pręterfluens omnibus nauigandi per con/ tinentem facultatẽ præſtat. Qui quidem Tauri, excel ſum illum qui Achillis curſum inhabitantes, anguſtũ ſane terræ ſpacium licet oblongum, ad paludis uſque ripã pertingunt, quibus contermini ſunt ipſi quos di/ ximus Alani, quorum regio equorũ multitudine ex/ uberat. Sed his cum admoti ſint Melanchlæni & Hip pemologi, tum etiam Neuri & Hippopodes, ac dein/ de Geloni & Agathyrſi, mirum eſt quã innumerabili uariarum gentiũ multitudine replẽt undiq; illam pro pe extremam Europæ partem. Vnde Boryſtenes flu/ uius dilabẽs è conſpectu arietis frõtis directeq; ad uer/ ſus Cyaneas in Euxinum dimergitur. Inde & Alde/ ſcus quoq; & Penticapes ex Rhipæis dilapſi mõtibus

De ortu fluminis Iſtri, qui et Danubius appellatur.

Sarmatæ, Getæ. Baſternæ. Dacæs. Alani, & Tauri populi.

Melanchlæni. Hippemologi. Neuri. Hippopodes. Geloni, & Agathyrſi populi.

Boryſtenes fluuius.

Aldeſcus & Penticapes fluuij ex Rhipæis montibus oriuntur.

immurmurant. Quorum fluenta cum glaciali appro-
pinquarint pelago (nam eo uerſus deferuntur) ſplen-
Vbi oritur Electrum. didiſſimum quoddam deducunt Electrũ, quod haud
quaquam diſſimile rutilanti lunę uidetur, cum primũ
Vbi oritur Adamas. incipit oriri. Pariunt & Adamantem lapidẽ. Sed cum
Agathyrſos lambit, nam ex omnibus magis obnoxij
Gerræ. ſunt Boreę, cęterum ad auſtrũ Gerræ tenent & No-
Noriã & Pannonij populi. rici, tum etiam Pannonij & Myſi & Thraces: Sed My-
Myſi & Thraces populi. ſi magis quàm Thraces ad Boream uertuntur. Qui
quidem Thraces late per ampliſſimam regionem dif-
fuſi, partim ad latus Propõtidos maris colunt, partim
Helleſpontus. ad Helleſpontum coniecti, partim etiam ad Ægeum
De Aſterio lapide. tenent, ubi circa excelſa mellifluæ Pallenæ Aſterius
lapis gignitur, haud diſſimilis flagranti ſtellę, aut exu-
renti flamę, à qua ſtellę ſimilitudine uocatus eſt. Sunt
& aliæ quàm plurimæ gentes ſub hac cœli parte con-
ſtitutæ, quæ omnes circumhabitant Iſtrum, atque ex
eo non mediocrem nauigandi commoditatem aucu-
pantur, quorum nomina ſuperfluũ eſſet aperire. Reli-
De alia parte Europæ. quum erit igitur, ut nunc de alia Europe parte dicam,
quæ tribus extenſa marginibus uſq; in orientem pro-
Hiberi. Græci. Itali. greditur. Eam ẽm partim Hiberi tenẽt, partim Gręci,
partim Itali. Verum ultimus Hiberiæ terminus oce-
Columna à libe iniecta. anum lambit, ubi potiſſimum una ex columnis con-
ſpicitur à libe iniecta, quam infra Tarteſſus mons eri-
gitur,

gitur, cuius regio copioſa eſt admodum & fertilis: *Cēpſi populi.*
Huic Cempſi adhærentes ad Pyrrhenei uſque mon- *Pyrrheneus*
tis radices tenent. Hinc uero ſequitur Italia, quam *mons.*
mons quidam elatus admodum & extenſus ut ſtathe-
ra per medium ſecans, atque illam ab omni latere cir-
cumſepiens, miro quodam ornamento & inſupera-
bili prope munimine uallauit. Nullus unquam archi-
tectus cum uiderit poterit negare quod extiterit Mi-
neruę opus, ad regionis illius decus & munimētum,
quo quaſi corona pręcingit. Illum incolæ Apœninū *Mons Apœ-*
uocant, qui ab alpibus illis inchoans, qui citeriorem *ninus.*
Galliam ab ulteriori ſeparant, ſeptentrionem uerſus
in Siculum uſque protenditur fretum. Multę intra
incolunt gentes ac permulti populi, quorum nomina
haud facile poſſent à nobis explicari. Verum primi
ſunt Tyrrheni ex ea maxime ipſius parte quæ intra *Tyrrheni po-*
Boream & zephyrum eſt ſita, quibus gentes quæ- *puli.*
dam pelaſgę quas quidam ex Cylene in Italiam tra- *Pelaſgæ gētes.*
ijcientes cum ipſis Tyrrhenis illic ferunt conſediſſe.
Proximi his ſunt Latini glorioſum hominum ge- *Latini glorio-*
nus, ſoliq; ubertate ac ingeniorum excellentia fœcun- *ſum genus ho-*
dum, cuius per medium decurrens Tyberis uniuer- *minum.*
ſamq; illam irrigans regionem à propinquo tandem *Tyberis flu- uius.*
mari placidiſſimo ſinu apud Hoſtiam excipitur, fluui- *Hoſtia.*
us quidē cęterorū omniū princeps & imperator, qui

clariſſimam

Roma. clariſſimam illam & præpotentem interſecat Romã noſtrorum regum domicilium, atq; omniũ aliarum regionum caput. Huic uero proxima eſt Campania

Campania. regio læta, atq; omnium copioſiſſima, ubi & ædes ui-

Aedes Parthenopes. ſuntur pudicę Parthenopes, quam dicunt ex freto il- lo benigniſſime fuiſſe ſuſceptam. Ad auſtrum autem

Collis Sirenidos. uerſus ſub Sirenidos colle flumen conſpicitur Surrhẽ tini Silari, quem iuxta Lucani & Bretij tenent uſq; ad

Lucani. Bretij. Leucopetra. Leucopetram partim gentes. Inde uero ad Boream

Locri populi. ubi primum zephyri ſummitas eminet Locri poſiti; Qui cum olim in Italiã ex Attica conceſſiſſent, ferunt eos loci amœnitate captos cum indigenis hominibus amicitiam & ſocietatẽ coniunxiſſe ciuitatemq; ibi con ditam ſuo nomine appellaſſe. Quorũ adhuc extat ge-

Alex fluuius. nus prope Alecis fluminis decurſum. Tum uero Me-

Metaponti populi. tapontini adiacent, nec longe ab eis circa Sarum flu-

Sarũ flumen. men Crotonę florentiſſimum conſpicitur oppidum,

Crotona oppidum. ubi glorioſum illud Laciniæ Iunonis templum con- ditũ extat, atq; infelix Sybaris deploraſſe dicitur, ob-

Templum Iouis. iratum Iouem aduerſus ipſius ciues, quod fuiſſent ad- modum debacchati in Alphei ſacris. At Samnitę de-

Sybaris.

Samnitæ populi. inde poſiti, intra magis continentem, atq; Marſi, qui uelocitate pedũ plurimũ ad curſum præſtãt. Tarẽtini

Marſi populi. uero ad littus reiecti ibi opidũ tenẽt, Amyclęorũ olim

Tarentini populi. interitu conditũ. Quibus ꝓpinqui Calabri Iapygum

quoq;

quoque gens, quæ quidem uſq; ad Hyrum proten- dens, quod mari adiacet. Vnde Hadriaticum fretum iam incipit ad Aquileiã atq; Tergeſtinorum oppidũ contrahi, quod ad extremum ipſius poſitum eſt. Sed ad orientem cum inde inflectat, Liburnorum primo littus lambit, ac deinde uniuerſam illorum regionem illidit, uaſtis oppreſſam tenebris, quantacunq; eſt, quę adiacet Iſthmo. Bulimeorum quoq; perfricans mar- gines per immenſum ſtatim diffuſum alueum exten- ditur, ac Illyricos primum irrumpit, atq; ad Cerauni- os uſq; altiſſimos montes inuertitur, quibus in locis monumenta quædam in ſpiras contractas uiſuntur, quæ ferũt Cadmi & Hermionæ uxoris eius extitiſſe, qui cum ambo iam decrepiti eſſent, ac lõge admodũ confecti ſenio, ab Iſmeno illuc conceſſiſſent, ibi in ſer- pentes fuiſſe mutatos: Vbi etiam aliud cõſpicitur mi- rabile. Nam duæ utrinq; confixe ſunt columnæ, quę quoties aliquid imminet aduerſi uicinis hominibus, ambę ſtatim inter ſe collidunt, ut cõflictari uideãtur. Ad auſtrũ uero uerſus ſub ipſa ꝓpe Thracia, ſupraq; Horitiã græciæ tellurẽ, pars illa, quam Helladẽ uo- cant, initium capit aſcenſu quidem difficili, ac duplici pelago periculoſa. Nam ęgeo & ſiculo freto, duobus præterea agitur uentis, quorum alterum appellant Heſperium, ſiue Siculum, qui & zephyrus eſt, alterũ

Calabri unde orti ſint. *Hyrus.* *Principiũ Hadriatici maris.* *Aquileia.* *Tergeſtini.* *Liburni populi.* *Bulimei.* *Illyrici.* *Ceraunij montes.* *Monumenta Cadmi & Hermionæ uxoris.* *De portento columnarum.* *Thracia.* *Horitia.*

Pelopis inſula quæ & Peloponneſus dicitur.

Eurum qui efflat ab Aegeo. Deinde ſequitur Pelopis inſula quæ & Peloponneſus dicitur, cuius quidē forma haud longe diſtat à platani folio. Nam lata eſt ab initio, & in acutum limitem protenditur. A ſummo enim Boreā uerſus anguſti cuiuſdam quaſi Iſthmi uidetur figuram præferre, atq; cum Hellade mutuo firmari ac coniungi ueſtigio. Vallatur tamen ex omni reliqua parte maritimis fluctibus, ubi ad zephyrum uerſus Triphylidos tellus ſita, iocundiſſimis Alphei undis abluitur, qui quidem cum intercidatur fluento Meſſenij, Eurotę, ambo nō ex mari aliquo uidetur effluere, ſed ex imis naſci terrę ipſius uiſceribus. Verū Alpheus Cliorum terram ſecat. Eurotas autem per Amyclęos dilabitur. At circa inſulę mediū intra conuallem ſub Erymanthi ſcopulo Arcades tenēt. Vnde & Melas amnis, & Crathis, & Iaon fluunt: Tum etiā antiquus ille Ladon exoritur. Proximi uero his Argiui & Lacones, quorum regio altera quidem ad orientem ſpectat, altera ad auſtrum. Huius autē Iſthmi latera gemino conſtat pelago collidi, uno quidē ad occidentem uerſus, altero ad auroram, quod uſq; ad ea loca contrahitur quę Sacronida uocant. Verū è cōſpectu ipſius Iſthmi, quem Peloponneſum diximus, ad eam partem uerſus quę ad oriētem ſpęctat, poſita eſt Attica regio clariſſimorū hominum, & excellentiſſimorum

Alpheus, Meſſenius, & Eurotas amnes.

Scopulus Erymanthi.

Arcades populi.

Melas Crathis et Iaon fluuij.

Argui & Lacones populi.

Sacronida loca.

Attica regio.

morum ingeniorum parens & nutrix, quam diuinus ille Iliſus amnis perlabitur. Vnde dicunt olim Boreã ſuam Orithyiã rapuiſſe, ubi Boëtes ſiti & Locris. Tũ uero Theſſalia & Macedonia ea in parte emicãt, unde Emei Thraci niuoſi uertices conſpiciũtur. Sed è regione ad zephyrum Epirus Dodonea, late admodũ longeq; diſtenditur, & ad auſtrum Ætolia, cuius per medium Achelous amnis fluens in Trinacrię uſq; fretũ argenteis arenis dilabitur, inſulas illas ſecans quas Echinadas uocant, quibus proxima ſunt Cephallenorũ oppida, ſed ad orientẽ uerſus Phocis eſt ſita: Atq; in Boream uerſa uſq; ad Thermopylarum hoſtia ſub niuoſo potiſſimum Parnaſi uertice protenditur: Cuius per medium zephiſus amnis è rupe defluens, propinqua arua perpetuis fontibus irrigat. Tũ uero Phitonis ſequitur tellus miris quibuſdam & inconſuetis odoribus fragrans, ubi draco ille delphicus ad Ditripodes intra parietes tẽpli proſtratus iacet adhuc multis horrendis ſquamis, ubi ferunt Apollinem ipſum quotiens ex Mileto aut ex Claro inſulis proficiſcebatur, plerunq; inſidere conſueuiſſe, atq; eius illic deauratæ pharetrę uincula diſſoluiſſe. Hæc erunt igitur quę de Europe regionibus & ſitu dicere quã breuiſſime potuimus.

Iliſus amnis.
Boëtes.
Theſſalia & Macedonia.
Epyrus.
Aetolia.
Achelous fluuius habens arenas argenteas.
Echinadæ inſulæ.
Oppidum Cephalleno
Phocis.
Mons Parnaſus.
Zephiſus fluuius.
Phitonis tellus
De delphico dracone.

De Inſulis Europæ.

NVnc de ipſius Inſulis antea dicere conſtitu-imus, quàm ad aliam accedamus terrę partem, quæ ambas alias prope magnitudine amplectitur. Itaq; ut inde incipiam, unde etiam Europa primum extulit caput, & columnæ illæ Herculeæ infixę, eam à Libya reliquoq; iniecto oceano ſeiungit,

Gadira. Gadira prima nobis occurrit. Ea enim cum à Phœnicibus olim extitiſſet, qui Herculem colebant, ab e's etiam Gadira eſt appellata. Antea uero non Gadira ſed Contimiſſa ab Hiberis dicebat: deine Gymneſiæ inſulę ſequuntur, ex quibus quę propinquior eſt, Bau-

Bauſus. ſus appellatur. Reliquę uero geminæ ſunt & à Grecis

Baleares. Baleares appellatæ à fundarum ia ctu, quibus homines ipſi maxime utebantur, quarum altera quę maior

Terracona ciuitas. eſt Terraconam ciuitatem habet, altera uero quę minor Barcilonam contra potiſſimum ſeptentrionem

Barcilona ciuitas. uerſa. Tum uero ſequitur Sardinia, atq; Sardinię uici-

Sardinia. na Cyrnus, ambæ prope è regione ad hoſtiam ſitę, ex

Cyrnus, id eſt, Corſica. quibus altera quę Corſica eſt, longe eſt quam reliqua aditu ſuperior, cum præruptis admodum collibus & dẽſiſſima uallet ſylua; ſed ambæ ſoli ubertate & naſcẽtium copia ſpectatiſſimę. Deinde apparent inſulę alię in gyrum poſitæ, quæ cum olim ab accola Hippota

Hippota rex. benigniſſimo in hoſpites rege inhabitatæ extitiſſent,

ab

ab eo etiam Æolides ſunt appellatæ: Quem quidem ferunt ob ipſius animi uirtutem, quam conſtat piam & clementem fuiſſe, id quoq; à dijs ipſis conſecutum, ut non ſolum earum inſularum quas ſeptem fuiſſe traditur, ſed etiam uentorum principatum & imperium acciperet, quæcunq; undiq; nauigabili freto continerentur, à Gręcis quoque ſunt Plocię cognominatæ: Sed his nulla uicinior eſt quàm Trinacria, quæ & Sicilia dicitur è conſpectu Italię poſita, ac tribus famoſiſſimis promontorijs munita; quorum unum Pachynũ dicitur, qui mons ad orientem ſolem ſpectat, & glorioſam illam Syracuſanorum ciuitatem ſub pedibus tenet maximum olim tyranorum domicilium. Alterũ uero Pelorum uocant, qui ad Boream uerſus Italiam conſpicit, cui'q; Meſſana proxima eſt. Lilibęum autẽ tertium aduerſus zephyri erumpentis impetum uidetur prorſus inſurgere, cui etiam ciuitas adhæret eiuſdem nominis. Verum ex Peloro quod ad Italiã conſpicit, nauigatio illuc nimirum pernicioſiſſima efficitur, cum anguſtus ſit admodũ limes & ſinuoſus, nec ſine uehementi impetu intercludatur mare. Ibi enim uaſtis abſortum ſpeluncis, quas ab Eonio Neptunoq; inciſas ferunt, horrendis plerunq; mugitibus fremit. Sed ex Sicilia ad auſtrum uerſus tranſitus eſt in Libyam, & ad alterius Syrtis initium: Altera autem facile

Acolides inſulæ.

Plociæ à græcis dictæ.

Trinacria, id eſt, Sicilia.

Pachynus.

Siracuſanorũ ciuitas.

Pelorus.

Lilybæus.

Fabula.

conſpicitur, ſi quis retorſerit ſe ad Italiæ littora. Hu-
ius uero è conſpectu, geminę inſulæ uiſuntur, quarũ
Menix. una Menix dicitur, altera Gortyna, quę portum in Li
Gortyna. byam prębstant. Verum ad ſiniſtram in Adriatici ſi-
nus, atq; ad Iapygiam uerſus, inſula emergitur, quę o-
Diomedea inſula. lim à Diomede condita, ab eo eſt etiam Diomedea
appellata, quo ferunt Heroëm illum fortiſſimum ſe-
uiente tum pelago, cum captiuis Hiberis deuectum,
ibiq; conſediſſe, conſilijs captum Ægialeæ deprauа-
tiſſimę mulieris. Deinde ad orientẽ uerſus longe ille
tractus aperitur inſularum Abſyrti, quo quõdam ho-
mines ex Colcho profectos irrupiſſe dicitur, dum fu-
Liburnides. gientem Medeam proſequerentur. Ac deinde Libur
nides ſitę. Ad auſtrum autem uerſus, poſt Ceraunij
montis pręrupta, inſulę quędam obijciuntur, quas
Ampraciæ inſulæ. Ampracias uocant. Tum etiam & Corcyra conſpici
Corcyra. tur inſula fertilis & copioſa, ac ueteris illius Alcinoi
Nericia tellus: clariſſima quoque & ſpectatiſſima regio, cui maxime
Vlyxis patria. adiacet Nericia Ithace tellus optatiſſima, & ipſa olim
Vlyxis patria: Compluresq; alię paſſim conſpiciun-
tur, quas Achelous amnis à Chalcide fluens, circum
perfundit & irrigat: Multę quoque alię ad Boreã uer-
Aegyla, Cythra, et Caluaria. ſus, quarum una eſt Ægyla, & Cythera altera, & Cal
uaria reliqua, atq; ad aliam cõuerſa partẽ quę reſpicit
Carpathos ad occidentem Carpathos: Nec longe ab his ſita eſt
Creta

Creta inſula perpulchra & fœcunda nutrix quoq; Iouis magni, ac frugum ubertate, & paſcuis copioſiſſima, meraciſſimoq; inundans uino, in qua Ida famoſiſſima quidem ſylua exoritur referta fragrantiſſimis cupreſſis. Ciuitates habet complures, & prouincias nõ nullas, quibus antea ſenex ille Minos imperitabat. Huic deinde obiecta eſt Rhodos inſula, & ipſa ab Ægyptijs quoq; condita & Ialiſyorum pulcherrima colonia. Verum ad orientẽ uerſus Chelidonię ſitę: Tres enim ſunt, atq; Patareidos obiectę uertici. Tum uero & Cyprus intra Pamphyliæ ſinũ ſita, gratiſſima olim regio Veneris Dioneę. Nec lõge à Phœnicia poſita eſt Dyados intra ipſius ampliſſimum ſpacium, ac in conſpectu Suniados collis ſupra Abbantes Salamina conſpicit̃, & Ægina, ubi mirabilis quędam Ægei maris altitudo apparet, tametſi innumerabiles penè in eo inſulę coniectę, quę miro quodam inter ſe ordine ita diſponuntur, ut arte potius quã natura conſtructę uideantur. Procedunt enim uſq; ad Helleſpontũ, in quo quidem à lęua potiſſimũ ubi Europa cõterminat Seſtos eſt ſita, & Abydos à dextra illi ꝓrſus è regione poſita, ad alteram partẽ ubi & Aſia incipit extẽſę ambo in Boream. Sed ad Europã uerſus Macris erigitur ab Abantibus olim condita. Tum etiam quę maxime uentis infringitur Scyros ac Peparethos. Nec longe ab

Ida ſylua famoſa. *Vbi Minos imperauit.* *Rhodos colonia Ialiſyorũ.* *Chelidoniæ.* *Cyprus.* *Pamphylia regio.* *Phœnicia.* *Dyados.* *Salamina.* *Aegina.* *Aegeũ mare.* *Seſtos.* *Abydos.* *Macris.* *Scyros.* *Peparethos.*

Lemnos Vulcani regio, Thaſos Cereris cultrix. ab his Lemnos Vulcani quoque regio, & antiqua illa Thaſos, Cereris cultrix. Tum etiam & Imbros, unde ſtatim Thracia illa & peruagata emicat Samos, uetus olim Lyrbantum colonia. *Imbros.* *Samos.* *Delon.* *Cyclades.* Quę uero primam Aſię frontem tenent & circumſiſtunt Delon, ab ea circuitione Cyclades à Gręcis ſunt appellatę. Verũ omnes Apollini dedicatæ ſacra illi & choros agunt, nouo potiſſimum inſtante uere atq; eo tunc cum incipit è mõtibus luſcinia canere. At inſulę ipſę ſparſæ paſſim uiſuntur, intra pelagi ipſius confiniæ ſinum tanquam quædam in tranquillio ac ſereno cœlo ſtellę conſtitutę. *Ionides. Caunos. & Samos.* Quibus propinqui ſunt Ionides, ubi & Caunos eſt, & Samos ipſa gratiſſima olim Iunonis pelaſgidos ſedes. *Chios.* Tum etiam Chios ſub excelſi Pelmei montis radicibus poſita, ac deinde Æolidum inſularum rupes *Leſbos. Tenedo.* Lesbos ſcilicet & Tenedo è medijs eriguntur fluctibus, ex quibus Melas & Colphus amnes in Helleſpontum dilabuntur: *Melas & Colphus amnes.* Inde uero ad Boreã uerſus propontidos maris fluctus undiq; aperiuntur & dilatantur, ubi ad aditum prope Euxini maris ad ſiniſtrã uerſus, alia quædam conſpicitur inſula famoſiſſima quidem, olim ſedes maximorum Heroum. Nam ferunt ibi Achillis animam ac cæterorum fortiſſimorũ hominum inter montium illius pręrupta uerſari, huiuſmodiq; gratiam tales uiros à dijs dono ob eorum uirtutem

tutem conſecutos, ut immortales efficerentur, cum ipſa uirtus immortalis ſit, & immortalē conſequi gloriam ſit neceſſe. Eam enim ob id quod pecora omnia candido uellere pariat, Græci Leucam appellauerūt. *Leuca.* Nec multo ab ea longe alia quædam erigitur, ampla quidem & magno quodam dimēſo tractu, quę in Cimerium Boſphorum recta nauigantibus uia præ cæteris occurrit, è regione Mœotidos paludis ad dextrā ſita: Ea eñ eſt in qua conditę ſunt Phenagora & Hermonaſſa ciuitates, quas, & qui condiderunt Ionij, colunt. *Phenagora et Hermonaſſa ciuitates.* Sed hę ſunt omnes inſulę illę quę intra hæc mediterranea maria fama & celebritate aliqua potuerūt ad cognitionē noſtram peruenire. *Ionij populi.* Veruntamen quæ in ampliſſimo coartantur oceano, cum ſint cōplures, neque magnitudine, neq; fama noſtris inferiores, eas prætereundas eſſe ſilentio indecorum fore iudicaui.

PRimum igitur de illa dicam quæ in medio Athlantico ſita à Græcis eſt Erythea uocitata, cum perpulchra ſit illa quidē & armentorū copia refertiſſima, tantaq; aëris benignitate prędita, ut homines pariat continentiſſimę ac penè immortalis uitę, cum diutiſſime uiuant. *Erythea.* Eam uicini Aethiopes quoq; incoluere, quos ferunt illuc conceſſiſſe interempto ab Hercule Geryone, Sed ad ſummum

Europę uerticem, quem ſacrum incole uocant, famoſiſſimę illę Heſperidum inſulæ conſpiciuntur. Quas non fruſtra fabularum eſt aurea poma produxiſſe, cũ plurimo auro ditiſſime ſint, atq; omnium prope metallorum genera pariant: Eas uicini quoq; Hiberi tenuerunt. Nec longe ab his admodũ, ſed magis ad Boream uerſus, Britannorum inſulæ uiſuntur, cõtra potiſſimum Rheni hoſtia, ampliſſimę quidem, & quę cęteras omnes magnitudine ſuperant, neq; quauis alia diuitiarum copia, aut armentorũ multitudine & uari etate, aut hominum genere inferior. Ibi enim ſtanni & plumbi & multiformis ęris materia ex terræ uiſceribus quàm facillime eruitur: Auro etiam & argento plurimum pollent. Inter cætera quę pariunt armẽta, pecudes habent tam molliſſimo indutas uellere ut ad aranearum ſimilitudinem tenuitatemq; facile contrahi poſſit. Equos producunt quam plurimos haud ineptos ad laborem. Sed quæ magis ad occidentẽ uertitur, cum primam eius frontem ad Hiberiam cõuertat, ab Hiberis & ipſis olim habitata Hibernia uocitatur. Ea lõge copioſiores equos parit, atq; eos eiuſmodi, ut non uideantur niſi quodam ſuauiſſimo inceſſu deambulare à natura didiciſſe, ac cum quadam quaſi modulatiõe progrędi more regio. Maſſam terreã gignunt, ſed admixtam ſulfure ad carbonũ ſimilitudinem,

Heſperidum inſulæ.

Britannorum inſulæ.

De ipſarum laudibus.

Hibernia.

nem, qua fabri ferrarij & uniuerſa ea regio, tum etiã quæ finitime ſunt, maxime utuntur ad incendendos ignes. Gentes habẽt ferociſſimas & aptiſſimas bello, quę cum pulchro ſint corpore & elato, membriſq; robuſtiſſimis, ac colore candido, ingenio quoq; & facilitate linguæ plurimum pręſtant. Extant & alię non lõge ab his inſulæ ſitæ cultrices quàm maxime Bacchi, in quibus Ammitarum mulierum olim clariſſimorũ uirorum, coronatę hædera pendẽtibuſq; corymbis, intra ſe quaſi commotę furore quodam concitantur, atq; cum ingenti clamore elato Bacchum uociferantes, noctu ipſi deo ſacra ex ritu perficiunt. Haud enim ſic in ripis Thraicij, Abſynthi, Biſtorides, conſueticium Bacchum proclamant. Neq; ſic Indi pueri apud Gangem tripudiant ſtridentes ſonoro cantu, quẽadmodum ibi mulieres illę Bacchum celebrãtes obſtrepunt deo, ac ſaltantes uota perſoluunt. Nec multo etiam ab his longe erigitur, quę ultima dicitur Tile, ubi cum ſol ardens ad polum Articum diuertit, tanta perſpicuitate perlucent noctes, ut quouſque ad auſtrum redierit, pares prope cum die eſſe uideantur. Inde uero ſi quis ad Scythiam uerſus nauigans & ad orientem inflexerit nauem, Chryſia quæ eſt altera oceani ipſius inſula inueniet, in qua ſol quoq; puriſſime emicat: Tum uero ſi conuerterit ſe è regione ad meridiẽ,

Inſulæ cultores Bacchi.

Tile.

Chryſia.

Taprobana. ſtatim illi occurrit Taprobana pergrãdis & ipſa quidem inſula, & multis uariarũ rerum diuitijs referta, multorumq́ꝫ qui inde in Aſiã transferunt procreatrix elephantũ: Dedicata em̃ eſt potiſſimũ Veneri, atqꝫ illi ſua perſoluunt uota. Nã ſupra illius caput cancer, qđ eſt ardentiſſimum ſydus, continue per gyrum circun uertitur, eamq́ꝫ prope regionem adurit. Cetas habet paſſim per littora uagantes, quę in mari primum rubro depaſtæ, illuc ſe ingerunt, animalia ſanè monſtruoſa, & tantę magnitudinis, ut colles quidã littoribus aduecti uideantur. Quorum dorſum longo ſpinarum tractu exaſperatur, infeſtiſſimę admodũ pueris ſi quis deambulando per littus occurrerit: Neqꝫ quiſpiã alius ſi uiſus fuerit, potuerit facile ex earũ faucibus effugere, cũ adeò deformis eſſe hyatus ferant, ut cum hominibus ipſis nauem ſæpenumero deglutierint, quod profecto non alia euenire ratione hominibus credendum eſt, niſi ob noſtra delicta quę uoluit deus huiuſmodi quoqꝫ monſtris expiari, cum in hac miſera erra remus uita. Extat pręterea alia inſula Ogyris ab Aeolis appellata, uetus quoddam Erythracis regis monumentũ è regione Carmanidos promõtorij ſita, à qua ſi quis ad Boreã diuerterit, & ad Perſicum mare, Icarum ſtatim offendet, ubi tauro politę Dianę templũ conſpicitur, mirabile quidem ob uetuſtatem: ſed mirabilius

Vbi Elephantes naſcuntur.

Mirabilia de Cetis.

Ogyris.

Icarus.

Templũ Dianæ ex quo ſemper exhalat fumus ſine igne.

rabilius ſingulari quadã rei nouitate. Nam inde ſemper quidam exhalat fumus ſine ullo prorſus adhibito igne, putridus quidem atq; infeſtus admodum accedentibus. Sed hæ ſunt inſulę illę quę etiã fama aliqua intra oceanum occluduntur: Et ſi non inficior paſſim etiam complures ſitas eſſe quarum quędam intra Libycum ſinum poſitę, quędam etiam intra Aſiaticum, tum & circa Europæ decliuũ ac intra oceanũ ipſum, quarum licet non nullę habitabiles ſint, & gratiſſimũ plerunq; nauigantibus portum præſtent, tamen quia ignobiles perſtiterunt, nec ſatis à noſtris perſpectę, nõ ſolum mihi difficile fuit, ſed etiam ſuperfluũ uiſum, earum nomina & ſitum aperire. Dicam nunc igitur de Aſia.

Sequitur de Aſia.

VErum Aſiæ formam cum alij aliam eſſe dixerint, illud tamen certiſſime conſtat eam ſibi cuiuſdam coni imaginem induxiſſe. Nam cum ab amplitudine tanquam à latiſſima quadam baſi, eius aditum incipiat, deducitur tamen paulatim & ad extrema uſq; protenditur ubi Dionyſij thebiginæ columnę conſpiciũtur ſitę, ubi & Indi, qui extrema illa occupant, intra ſunt montes poſiti, ubi & Ganges candidis undis per latiſſimũ alueum in Nyſeum uſq; littus deuoluitur. Ea enim cum à monte Tauro diui

Columnæ Dionyſij.

Gãges fluuius.

Nyſeum littus.

Taurus mons.

datur, quæ citerior eſt, neq; illi ſuperiori par eſſe magnitudine dicitur, neq; etiã forma conſimilis. Ipſa eſt enim quę influentẽ pontum habet, atq; in ea ipſe principatũ tenet, altera uero quę amplior eſt multũ interfunditur oceano, qui ternos fluctuoſiſſimos ebulliens Perſicum mare, tum etiam & Hyrcanũ, & Arabicũ facit: Quorũ hi duo ad auſtrum uertuntur: Alius uero diſtenditur ad Boream & Aphricũ fretum, aduerſus Euxinum, ubi innumerabiles prope incolunt gentes, cum inter utrunq; ingens quidam Iſthmus, & ampliſſima terrarum ſpacia contineãtur. Verum mons ipſe Taurus qui uniuerſam (ut dixi) per mediũ diſiungit, à Pamphylia incipiens ad Indos uſq; protenditur: Qui quidem cum non nunquam altius erigatur, ac eius capita recuruet quaſi quædã reflexa boũ cornua, qui ad ſaltum erigerentur, ab ea ſimilitudine Taurus eſt appellatus. Ex eo infiniti penè fontes & flumina exoriuntur, quorũ quædã uerſus Boreã dilabũtur, quędam meridiẽ petunt, quædã etiam ad Eurũ, & ad zephyrũ conuerſa, cum ob uarias regiones quas interluunt, uaria etiã ſint nomina conſecuta, haud facile eſſet omniũ appellationẽ aperire: Id enim curæ ſit eorum maxime q illa circũhabitant loca. Solũ illud dicẽdum à me erit, quę flumina, quę 'ue gẽtes ſunt illæ, quæ fama aliqua potuęrũt ad cognitiõis lucẽ puenire. Mæotæ

Euxinũ mare.

Pamphylia.

otę igitur & Sauromatę cum ſuperiorē Aſiæ partem occupent, quę ad Boreā conſpicit, primi etiā mihi occurrūt, ut eos cęteris in hoc ordine pręferā. Ipſi enim ſunt qui Męotidē paludē circūhabitant ex Amazonū quoq; ſemine (ut dicitur) procreati. Nā ferunt cū illæ à patria ꝓfugiſſent, atq; è cōſpectu Thermodōtis fluminis caſtrametatę fuiſſent, cum Sauromatis ipſis ſe cōmiſcuiſſe, ut qui ex eis ꝓgeniti fuiſſent, forent uiri fortes, & bellicoſi euaderēt, atq; eos deinceps ita permanſiſſe traditur. Vaſtā quandā & pergrandē ſyluam inhabitant denſiſſimis paſſim arboribus conſertam, cuius per medium tractus Tanais intra propinquā paludem dilabitur. Ipſe eſt enim fluuius ille, qui etiā ab Aſia Europam diſiungit, cum ad occidentem Europā relinquat, & ad orientem Aſiam. Ex eo fontes complures & riui ſcatent, qui per Caucaſum dilabētes intra illius ſaxa & conualles immurmurant. Sed qui amplior eſt per Scythiā diffuſus multoq; inflatus Borea, immenſam illuc conuehit glaciem, infelicesq; illos facit qui uicina incolunt loca. Nam quotiens ſpirante Borea frigidus inoleuerit, totiens interire præ oculis, aut equi conſpiciuntur, aut muli, aut armenta ipſa gelu ipſo contrahi, & errantes paſſim per ſyluas pecudes ſupremū uale decantare. Nec homines quoq; tute intra contecta & obſtruſa domicila cōſiſtere

Mæotæ et Sauromatæ populi.

Ex Amazonū ſemine procreati.

Tanais fluuius Aſiam ab Europa diſiūgit.

Caucaſus mōs

Scythia.

Mirabilia de frigore.

ſiſtere poſſe: cum & ipſi unà cum eorũ armentis pror ſus interirent, niſi obſeruata tempeſtate cum occluſis curribus ad mitiores regiones effugerent, & ſuam furenti Boreę patriã relinquerent. Huiuſmodi ſunt igit qui circa Tanaim regionem ſunt ſortiti: Verum qui Sauromatis propiora tenent loca, Sidi uocantur. Tũ etiam & Cimmerij, & qui Euxino adhęrent ponto Cercetij quoq; & Oretæ, & quos ferunt quondam à Xantho & Abideo Simeõte poſt debellatam Troiã, illuc unà cum eorum duce, aduerſis uentis, Achæis depulſis, quibus proximi ſunt Eniochi & Zigij, qui & ipſi olim illuc ex pelaſgis ſunt deuecti, deportatos fuiſſe. Deinde uero ad extremum ponti Tyndaride po ſiti, ac deinde Colchi qui Caucaſo adhęrent, olim ex Ægypto ꝓfecti, ubi ipſe quoq; Caucaſus iuxta Hyrcanum fretũ altiſſimis collibus extollitur, ex quibus quidem Phaſis fluuius dilabens Circæi tergũ uerſus in Euxinum deflectitur. Exoritur tamen ab initio ex monte Armeno, qui inter orientem & Boreã tractus Iſthmum quendam facit, qui Caſpio & Euxino mari occluditur, quem iam pridẽ Iberes illi occuparunt, qui quondam à Pyrrheneis montibus profecti in eam orientis partem irruperunt, homines profecto bellicoſiſſimi & uicinis Hyrcanis infeſtiſſimi, cum quibus iam antea atrociſſima geſſerunt bella. Tum & Tamaritę

Sidi, Cimmerij, Cercetij, et Oretæ populi.

Eniochi & Zigij.

Tyndaridæ et Colchi populi.

Phaſis fluuius.

Mõs Armenus

Caſpiũ mare.

Iberes populi.

ritæ poſiti, qui olim Bacchum ab Indicum uictoria redeuntẽ non ſolum exceperant hoſpitio, ſed etiam ſolemnia illi ſacra conſtituerant, agitantes choreas circa torcularia, quoad ſpumarent muſto. Accingebantur enim cingulis corio, indutiq; damarum pelles, oe Bacche quaſi inſani proclamabãt. His uero de prope Caſpium allidit mare: Quod ſpero facile deſcripturũ, ſi modo id mihi conceſſerit deus, non ut qui procul illius ſemitas conſpiciam, neq; quod unquam illuc me traiecerim, aut uiſerim illius ſitum & formam, aut ut pleriq; cõſueuere, qui nullam aliam felicitatem exiſtimant quam plurimas circumeundo diuitias accumulare, quo ſibi aurum aggregent, polluceantq; undiq; margaritis, ac precioſis eorum atria lapidibus exornent, cum non ea mihi à parentibus relicta ſit mercãdi diſciplina, ſed ut ille, quẽ uſq; ab ineunte adoleſcentia literarum ſtudia erudierunt, quibus euenit, ut quę etiam remotiſſima ſunt, tanquam præſentia intuear, atq; omnia mente & cogitatione ſine ullo prorſus errore poſſim facile metiri.

De Caſpio mari.

CAſpij igitur maris forma huiuſmodi eſt, ut maxime in gyrum & circularem ambitũ flectatur. Ab oceano enim qui Scythicum littus ad Boream illidit, exoriri certiſſimum eſt, unde

per inculta ab initio & deſerta diffuſum loca in auſtrũ per longas anguſtias extenditur, donec dilatatũ paulatim, & in ampliſſima contractũ ſpacia Caucaſi montis radicibus inhęſeri:. Eſt em̃ illius uſus nauigabilis ac perutilis admodum omnibus anni temporibus, præterquã 'n menſibus tribus, quibus efflante Borea tractus oceani uehementi aduerſus impetu inſurgit.

Vbi naſcitur Cryſtallũ & Iaſpis lapis.

Parit enim multa precio & admiratiõe digna. Nam ęx eo præ cęteris quę inde aſportantur, cryſtallum quoq; & Iaſpis precioſus lapis, qui cũ cizerei ſit coloris inimicari quã maxime dicitur uanis imaginibus ac terroribus nocturnis. Gentes circũhabitant innumerabilis penè multitudinis. Sed ut ab eo latere incipiã, quod

Scythæ.

ad Boream uergitur, primi eminent Scythę, & illi potiſſimum qui ad Saturnium mare inuertuntur prope

Vni. Caſpij et Albani populi feroces & apti bello.

Caſpij ipſius hoſtium. Tum uero Vni, ac deinde Caſpij ipſi & Albani, quorum omniũ mores feroces ſunt à natura, bellicq; auiditate perciti.

Cadeſij Mardi. Hyrcani & Appi. Mardus fluuius.

Dercæbij & Bactræ populi.

Cadeſij uero intra aſperos montes poſiti, uicinos habent Mardos, & deinde Hyrcanos & Appos, quos Mardus fluuius inundans ac placidis diſcurrẽs fluctibus: Dercebios quoq; & Bactras irrigat medius inter utrunq; dilabens, in Hyrcanũ tandẽ mare proripit. Verũ Bactrę eam regionẽ incolunt quę ad pedes adiacet Parnaſi. Dercebij autẽ ad alterã ſiti Caſpianis fluctibus excitantur.

Poſt

Poſt quos ad orientē uerſus trans Araxē Maſſagetæ poſiti, quorū ſtudiū eſt ut cōtinuo ſagittandi caſu conterant, infeſtiſſimi admodū hoſpitibus, neq; cum uicinis populis ullā ſeruare diutius amicitiā neq; fidē poſſint. Frumenti ac uicini uſum prorſus ignorāt: Bibunt enim lac cum equorū admixtū ſanguine. Tū uero magis ad Boreā uerſus Choraſmi tenent, quibus ſtatim Sugdia ſuccedit tellus, cū per mediū Oxus dilabēs, Homolo mōte à tergo relicto, q Caſpiā decurrit. Sacç deinde tenent potiſſimū circa ripas Iaxartæ fluminis poſiti, populi & ipſi ſagittandi arte peritiſſimi, & adeò cōtinuo uſu eruditi, ut nō uideant poſſe à quouis alio uinci neq; adęquari. Turpe eñ admodū iudicarent, ſi quis eius ſagittā in caſſum emitteret, neq; feriret ſignū. His deinde Tochari admoti ſunt. Tum & Phurij & Seres gētes prorſus Barbaræ, nec ullius doctæ diſciplinæ, neq; ullius rei ſtudio aut cultui deditę, ſed tantū per deſerta uagantes flores quoſdā eas legere dicit, quibus ueſtes ſibi uarijs coloribus intingunt, urticę potiſſimū floribus cōſimiles, easq; ſibi ipſis mira contexunt arte, atq; in ea re ferunt eas etiā araneas ſuperare. Sunt etiam & alij ex Scytharum genere cōplures populi, quorū nomina et mores ꝓrſus incognita pſtitere, cū ad eos difficillimū aditū fecerint aſperitates locorū, & aēris illius inclemēti, atq; aſprimi rigo-

Maſſagetæ populi.

De uita & moribus Maſſagetarum.

Choraſmi.

Sugdia tellus.

Oxus fluuius.

Homolus mōs.

Sacçæ populi ſagittandi uſu periti.

Iaxartæ fluuius

Tochari. Phurij. & Seres populi Barbari & ſine diſciplina: qui intextura ueſtium araneas ſuperare feruntur.

res, quibus regiones ad extrema coniectæ continuis prope temporibus infeſtantur.

Byzeres. Bechyres. Macrones. Phylires populi caſas ligneas habitantes.

Thibareni optimi ouium cultores.

Chalybes populi duriſsimi & in fabricandis armis aptiſsimi.

HÆ ſunt igitur gentes illę quas dixi circa Caſpium ad Boream occupaſſe. Dicam modo de ijs quæ ad ocidentem uerſæ à Colchide citra & Phaſide uſq; ad maris Euxini littora inſidere, quę 'ue uſq; ad Traicium ubi Chalcidos tellus eſt ſita protendũtur. Byzeres igitur erũt primi, atq; his proximi Bechyres & Macrones, ac deinde Phylires, qui ciuitates & caſas ligneas quas olim ſibi condiderant adhuc tenent. His adiacent Thibareni pręſtantiſſimi ouiũ cultores. Tum etiam his aſſident Chalybes hominum genus duriſſimum, qui quoniã eam ſunt regionem conſecuti, quę nulli eſt proſus ob ariditatem apta cultui, in ea quam didicerunt arte mirifice profecerunt. Nunquam enim in elaborando ferro parandiſq; ad bella armis à malleis, neq; ab incudibus uacant, totaq; illa regio fumo contecta ardere igne uidetur, & ferramentorum ſtructuris ictibuſq; inhorrere.

Aſſyria.

Thermodoon amnis.

Amazones.

Tum uero Aſſyria ſequitur, quam Thermodoon amnis à monte delapſus Armeno perlabitur, atq; inde uſq; ad Amazonęs celeri ſtatim proripitur curſu, quẽ quidem ferunt fugientẽ olim à Sopida Sinopem iuſſu Iouis, qui illam deperiens inuitam à patria ſummouerat

rat

rat in eius prope finibus excepiſſe, atq; illis continue deplorandi parentum abſentiam locum benigne tradidiſſe. In quo poſtea ipſa ciuitatem ab ſe conditā ſuo nomine Sinopeā appellauit. Circa uero ipſius fluminis ripas cryſtallum cęditur, candidiſſimum quidem ac puriſſimum quaſi glacies. Ibiq; inuenitur & Iaſpis. Nec longę admodum Iris quoq; & Halys delabentibus, uniuerſam illam regionem irriguam & amœnā reddunt. Verum uterq; à monte Armeno, unde oriuntur ad Boream uerſi, Carambidos prope collē lambunt. His proximi ſunt Paphlagones adiecti maxime littoribus: Tum etiam ſacra illa Mariandynorum regio, ubi dicunt rabidum illum quondam & tricipitē canem; quem ab inferno dite ereptum magnanimi Herculis manus deuicit, ſpumoſum quodam uirus euomiſſe, quod uniuerſam illam regionem infecit. Verum his proxima eſt Bithynia, læta quidem regio, atque omni referta ubertate, quā Rhebas amnis amœniſſimus gratiſſimis perfundit aquis donec in pontū iuxta conciderit, quibus nec ullus eſt cæteris in terris amnis iocundior, neq; qui magis ad uoluptatem delectationemq; conſpicitur. Hę ſunt igitur gentes & populi illi, qui ut dixi occidentalem ponti partem inhabitant. Illæ uero aliæ de quibus antea dixeram: Scythicę ſunt atq; ad Boreā coniectæ. Nunc uero mihi dicē-

Sinopea ciuitas.

Hic Cryſtallū ceditur puriſſimū & Iaſpis inuenitur.

Iris & Halys flumina.

Paphlagones.

Mariandynorum regio.

De cane tricipiti.

Bithynia regio.

Rhebas amnis

De tertia parte Aſiæ. dum erit de tertia euſdem Aſię parte: quę & maritima eſt & ad auſtrum conſpicit: atq; cum in helleſpontum proficiſcentibus iter oſtendat: meridionalem in primis ad Aegeum mare aperit curſum, ac uſq; in Syriã & Arabiam ꝓtenditur. Chalcedones. Chalcedones igitur primi ſe ad hoſtum offerunt è regione ad Bizantium intuẽtes. Bebryces. Mõtes Myſiæ. Cius amnis. Quibus propinqui ſunt Bebryces & mõtes Myſię ex quibus Cius amnis iocundiſſimas aquas effundit, De raptu Hylæ. ubi dicitur Nymphas olim Hylam rapuiſſe magni tũ Herculis inſignem miniſtrũ. Inde uero magnus quidam minoris Phrygiæ tractus in Helleſpontum uſq; diſtẽditur: Altera autẽ interius ſita eſt longe amplior Flumen Sangarij. prope Sangarij flumen. Hęc enim quę amplior eſt ad orientem uerſa, ferax admodum pabulo eſt, & equorum gregibus copioſa. Altera uero quę ad occidentẽ ſpectat ſub glorioſiſſimæ Idæ pedibus conſpicitur habẽs ad latus Ilion ciuitas. illam uentoſam, & ſæpius dacantatã Ilion ciuitatem olim ampliſſimam, & maximorũ Heroum procreatricem, quã ferunt à Neptuno & ab Apolline conditam extitiſſe, ſed poſtea direptã & euerſam Palladis ac Iunonis Xãtus fluuius. conſilijs, ſitum prope Xanthi & Idæi Simeõtis undas. Aeolia. Huic uero adiacet Æolia ſupra Helleſpontũ ad Ægei maris latera, in qua & Iones poſiti, Iones populi. Mæander amnis. & Mæander amnis illuſtris per medium mollibus dilabens undis: Miletus & Prienes. Miletum quoq; & ſpacioſam Prienem

ſecat,

ſecat, quarum quidem quod intermedium eſt, quódque magis ad Boream uergitur, totum Epheſus maritima tenet, ciuitas quondam Dianæ ſagittiferæ dedicata, ubi ferunt Amazones olim ſuper ulmi cuiuſdam trunco templū mirabilis artificij cōdidiſſe, pepeiſſeq́ꝫ ob id admirationem & ſtuporem cunctis gentibus & ſeculis. Verum his proxima eſt Meonia ad orientem ſita, ſub altiſſima Tmoli montis rupe, ex qua Pactolus amnis fluens arenis aureis ſplendidiorē patriam reddit. In cuius ripis cum uer aduenerit, tanta continue cum modulatione decantantes cygni audiunt, qui paſſim per undas errātes in ripis depaſcunt, ut nihil iocundius poſſit audiri, cum circa ripas illius quotidie magis pabulamēta concreſcunt, & etiā emanat Eniſter, ac iocundiſſimis undis per rgionē ipſam paſſim diffunditur. Mulieres quoqꝫ perpulchras parit, quę nonnunquā de more ſuccinctæ deauratā ad lumbos zonam inter ſe circum exultant mirabiles in gyrum choreas ducētes, cum potiſſimum choros & ſtationes Dionyſio facere ſingulis annis conſueuerunt, ubi admixte florentis ętatis puellæ, tanquā laſciuiētes capreoli inter ſe ſaltitant & colludūt, pariuntq́ꝫ inter ſaltandū non mediocrē ſpectantibus uoluptatē, cū & cōmota à uentis paludamēta & ſaltādi ordo uideantur ſonitū quendā haud iniocundū efficere, qui audientium

Epheſus Dianæ dedicata.

De templo ab Amazonibus ſuper trunco ulmi condito.

Meonia.

Tmolus mōs.

Pactolus fluuius arenas aureas habens.

Hic cygni decantant.

Eniſter fluuius

De pulchris mulieribus & de ipſarū ritu in ducendis choreis.

audientium mentes quã maxime afficiebat. Sed hæc Lidijs hominibus omittamus, quorum ſtudiũ eſt, ut cum uoluptuoſam ſortiti ſint regionem, uoluptatibus etiam ipſis uacent, neq; à patriæ moribus, aut natura degenerent. At Licij deinde uicina & ipſi littora tenent, ubi potiſſimum Xanthus perlabitur, ac Taurus mons iam uſq; in Pamphyliam declinare paulatim incipit, ac eius nomen mutare, ut non amplius Taurus ſed Cragus appelletur, ubi oppidum quoq; conſpicit ad Eurimedontis flumen poſitum. In quo quidem oppidani cum Venerem colant, eam placare porcorum ſanguine ac huiuſmodi occiſionibus conſueuerunt. Tum uero Pamphyliæ ciuitates ſequuntur Corycus ſcilicet & Pergæ, & quæ uentis maxime eſt ſubiecta Phaſelis, quarum intermedium ad orientem uerſus Lycaones poſiti, uiri & ipſi ad bella prompti & ſagittãdi uſu peritiſſimi. Quibus admoti ſunt Piſidei, quorum hę ſunt præcipue ciuitates Termeſus, Lyrbæ & Selgę, quã ferunt quondam fuiſſe ab Amycleis conditam. Inde uero cum ad orientem uerſus in gyrum & circularem formam inflectatur mare, quicquid terrę ſpacij inhæret pari etiam nimirum inflectitur forma, fitq; ob eam rem non multo ab Euxino remotum. In eo enim ſinu ſiti ſunt Cilices uerſi admodũ ad ortum ſolis. Sed eum ſinũ ueteres anguſtias Aſiæ uocauere. Ipſa

Licij. *Cragus.* *Corycus. Pergæ. & Phaſelis ciuitates.* *Lycaones ſagittandi arte periti & bello prompti.* *Piſidei populi.* *Termeſus.* *Lyrbæ. & Selgæ ciuitates.* *Cilices.*

Ipſa enim regio multis præcipue fluminibus irrigat, haud in ea quidem exortis patria, ſed quę à longe profecta influxerunt: Quorum tres cęteris præſtant, Pyramus, Pinarius, & Cydnus, qui unus mediā per Tarſum dilabens, ciuitatem illam multis clariſſimis ædificijs inſignē amœniſſimis undis interſecat, ubi quondam ferunt Pegaſeum illum decantatiſſimum equū ungulam reliquiſſe, & ab ea ciuitatem Tarſom appellatam, ubi dicunt etiam Bellerophōtem ipſum ab eo deſiccatum & ad Iouem profectū clariſſimum eum locum feciſſe, in quo ab hominibus ſemotus diu antea uictitarat. Multę deinde aliæ Ciliciæ ipſius ciuitates ſparſim conſpiciuntur, ex quibus & Lyrneſſus eſt & Malos, & ſoli ad mare coniectę. Extant & aliæ quā multę quę partim intra continentem ſunt ſitę partim etiam littora occupant. Comogena deinde his admota eſt regio & Syriæ ciuitates, ſpacioſa quidem & ampla & ad maris uſq; littora deflexa, ſed eius tractus qui eſt ad occidentem uerſus, ad uſq; montis Caſij pedes protenditur. Si quis enim huius ſitum & formam recte perceperit, reliquas etiam Aſię partes facile poterit ſtudio & diligentia percipere. Nam eius forma cū ex quatuor conſtet angulis, qui ad orientē eſt tractus, cęteros nimirum excedit multitudine. Diximus eñ uniuerſam Aſiam bifariam diuiſam, atq; uſq; ad Indū

Pyramus, Pinarius & Cydnus flumina.

Vbi equus Pegaſeus reliquit ungula.

De Bellerophonte.

Lyrneſſus & Malos ciuitates.

Comogena regio.

Mons Caſius.

montem porrigi, qui quidem mons unus eſt ipſius terminus ex eo potiſſimum latere, quod magis ad Boream uergitur: & Nilus alter ex eo quod uertitur ad occidentē: reliquus uero oceanus ipſe, qui Indicus appellatur ab ea parte quæ ad orientem ſpectat terminariq́ꝫ ad auſtrum mari rubro. At Syria ipſa de qua dicebamus cum intra illius prope uiſcera ſit iniecta atqꝫ ad auſtrum uerſus & ad orientem mare attingat, multas ſparſim eo uerſus ciuitates habet, quàm quidem partem, quoniam humilis eſt atqꝫ depreſſa duobusq́ꝫ altiſſimis uallata montibus, ab occidente quidem Caſio,

Mõs Libanus. & ab oriente Libano, illam incolæ ſua lingua uallem appellant, quę quidem quoniam & aptior uiſa omnibus fuit & feratior ad producēdas fruges, tum etiam longe cęteris ad enauigandum commodior, multi ex ea regione qui potentia & diuitijs pollebant, eum locum ſibi ad habitandum delegerunt, ciuitatesq́ꝫ & oppida ſibi condiderunt, uarijsq́ꝫ inter ſe nominibus diſtinxerunt. Nam qui intra magis continentem loca

Syrij. ſunt ſortiti, uno uocabulo Syrij appellati. Qui uero ad

Phœnices primi nauibus tentarunt mare. mare diuerterunt, Phœnices, qui quondam ab Erytheris profecti primi fuiſſe dicuntur, qui mare nauibus pertētarint, primi etiam qui cœperunt hūc mer-

De laudibus Phœnicum. candi uſum, quo homines ad cupiditatē & auaritiam excitarentur, qui'ue primi cœli ac ſtellarum curſum

omniumq́ꝫ

omniumq́ʒ ſupernorũ motuũ ſtudio et ingenij magni tudine comprehenderint. Hi enim ſunt qui Ioppem & Gazam, & Elicidem incolunt, qui'ue Tyrum illam perpulchram & ueterem ciuitatem habuere ab initio quoqʒ conditam. Tum & qui maritimam Byblon, & uentoſam Sidonem condidere ad Boſtreni placidiſſimi fluminis ripas, qui Tripolim, & Orthoſidẽ, & Marathon, & quę ad mare coniecta eſt Laodicẽ tenẽt ciuitatem olim ut dicitur à Neptuno conditã, in qua & Daphne oblectabatur, & qui demum Apamiã ipſam inhabitant infra continentem, unde Orontes amnis ad orientem uerſus Antiochiam quoqʒ per medium ſecat. At uniuerſa Syria omni prorſus ubertate referta eſt: & ad alẽda pecora paſcuis & frugibus copioſa: Cuius ad interiora, quę magis ad auſtrum conſpiciũtur, extremus aditus ſitus eſt Arabici maris. Quod quidẽ medium interluit Arabię ſcilicet & Syrię ipſius fines, paulatim continueq́ʒ ſe ad orientem uertẽs pertingit Elanos, ubi precioſiſſimam omnium regionẽ Arabes tenent. Ipſa enim altior eſt, & gemino pręcingit mari, Perſico ſcilicet, & Arabico, & gemino quoque agitur uento. Arabicum enim zephyrum depoſcit. Perſicum uero Eurũ. Sed quę ipſius Arabię pars ad orientem & auſtrum ſpectat, rubro quoque abluitur mari, Dicam igitur de hac regione quippã, cum

Ioppes, Gaza, Elicides, Tyrus.

Byblon, et Sidon uentoſa. Boſtrenis fluuius.

Tripolis, Orthoſides, Marathon.

Laodex ciuitas à Neptuno condita.

Apamia.

Orõtes amnis Antiochiam ſecat.

Mare Arabicum.

Elani.

Arabes.

genteſ habeat quarum potentiam & diuitias cætere omnes admirantur obſtupeſcuntq́ꝫ copiam & uberta tem. Nec illud prętermittam, quod cum plurimum ſacris oblectetur, nulla eſt ſui pars quæ non tota fra‑ gret Thymiamate, aut Mirrha, aut redolētibus cala‑ mis quę paſſim iniecta ignibus aduruntur. Quis non crederet illud ueriſſimum eſſe, quod dicitur Iouem ſci licet patrem, illum Dionyſium eius filium ab occluſo matris femore diſſoluiſſe, & ad naſcentis feſtiuitatem uniuerſam illam impleſſe regionem huiuſmodi tam ſuauiſſimis odoribus? Atqꝫ eas oues, quibus nunc exu berat Arabia, huiuſmodi noſtram tum primū conſe‑ cutas eſſe, ut tam denſis ac tā mollibus uelleribus in‑ terpaſcendum continuo ueſtirētur, & lacus ipſas tan‑ tis aquis, ac tanta piſcium multitudine & uarietate re‑ plerent? Totqꝫ aues deſerta reliquiſſe, atqꝫ illuc ingru‑ iſſe ſecum afferētes precioſi illius cinnamomi ramos, quibus nunc uniuerſa penè nimia copia & ubertate diffundat? Adde quod & ipſe Dionyſius poſtquā na‑ tus creuit ætate capreoli pellibus indutus ac obau‑ ctus comas hædera implicituſq́ꝫ pampinis & perpo‑ tus abunde mero, totā circuibat regionem, multaſq́ꝫ undiqꝫ perfundens opes, non elargiri diuitias uideba‑ tur, ſed ſeminare, quo fructus pareret, nulla unquam ętate perituros. Ideoq́ꝫ ipſa regio tantis hucuſqꝫ floru‑ iſſe

De Thymiamate & Mirrha.

De ortu Dionyſij Iouis filij

De molli uellere ouiū Arabiæ.

De piſciū copia.

De Dionyſio poſtquam creuit ætate.

iſſe muneribus dicitur, ut eius montes aurum pariãt, & flumina conuehant argentum, eorumq́ ripę Thymiamate, & fragrantibus herbis redolent, atq qui ibi uictitant, maximas poſſident opes, neq induunt niſi paludamentis aureis, aut ſericis quã molliſſimis. Verum qui primam Libani montis frontem tenent, ipſi ſunt qui Nabathei ſunt appellati. Qui autẽ illis adhærent, Calbaſij & Agrees, ac deinde Cathramis tellus conſpicitur è cõſpectu Perſidis. Sed ad latus rubri maris Minei tenent & Sabæ, & iuxta eos Cletabei. Et hæ ſunt omnes gentes quę Arabiam colunt, quas cõmemoratione aliqua dignas iudicaui: Sed tamen & aliæ cõplures, ſed ſilueſtres quidem et ignobiles, neq inter Arabes ſtudio aliquo, aut moribus, aut diſciplina cõnumerandæ. Nam ad zephyrum uerſus prope Arabię ipſius extrema, Etembi tenent, robuſtiſſimũ quidem hominum genus & agreſte, qui montana illa colentes, intra tantum ſpecus & prærupta ſaxa inhabitãt, nudi prorſus neq quicquam felicitatis humanę poſſidentes, ſed deſiccati nimia uiuendi aſperitate nigrum colorem & aduſtam cutem contraxere. Et ſi mali aut aduerſi quippiã ſuperuenerit, non arma capiunt, non ſagittas, non tela ut cęteri, ſed tanquam feræ per colles diſcurrentes uagiq́ ac deuij quaſi inſani circũfugiunt, haud quaquam reliquis Arabibus ſimiles, quos

Arabiæ mõtes et flumina aurũ pariunt.

Nabathei, Calbaſij & Agrees populi.

Chatramis tellus.

Minei.

Sabæ, & Cletabei.

Erembi nudi incedunt.

De moribus et uita ipſorum.

tot ac tantis muneribus natura dotauit. Verũ ab alio Libani latere quod ad orientẽ ſpectat altera pars Syrię aperitur, quę uſq; ad Sinopẽ maritimã extenditur. In cuius medio Cappadoces ſunt ſiti, homines ſanè q ob equorũ copiam & aſſiduã in eis exercitationẽ continuumq; equitandi uſum præſtantiſſimi in ea re iudicantur. Aſſyrij uero ad mare poſiti, Thermodõtis hoſtia obſeruant, ex quorum mõtibus, & qui potiſſimũ ad orientem conſpiciũt, Euphrates amnis clariſſimus erumpit, à monte primũ Armeno demiſſus: Sed cum ex illis Aſſyriæ collibus longo diſcurſu in auſtrũ conuertatur, ac deinde aduerſus ſolem inflexus mediam inundet Babylonem, poſtremo ciuitatem Theredonem lambens in Perſicum mare celeri curſu dilabit. Nec multo ad orientis oram effluit Tigris, qui neq; minor eſt Euphrate, neq; à quouis alio celeritate uincitur. Nam tanta proripitur uelocitate, ut unà die tantum peragat itineris, quantũ uir acer poſſit, & uelox per ſeptẽ diſcurrere. Nec multo poſt illius decurſum cum planiciem quandam perlatam offendat, quaſi feſſus itinere ac tanquam qui cuperet à curſu paululum cõquieſcere, in quandam globeam & circularem lacunam contrahitur, quam Thomitidã uicini uocant: Nec ibi tamen diu conquieſcit, ſed quaſi à ſomno excitaretur, tæderetq; eius ignauiæ, repente exurgens longe

Cappadoces præſtantiſſimi in arte equitãdi.

Aſſyrij.

Euphrates amnis clariſſimus ex monte Armeno oritur.

Babylon.

Theredones ciuitas.

Tigris fluuius omnium celerrimus.

Thomitida lacuna.

longe adhuc ardentiori curſu proripitur. Quę autem inter Euphratem & Tigrim terra media eſt, ea Meſopotamia à grecis eſt appellata, que profecto eſt huiuſmodi ut nullus unquam paſtor, neq; qui cornipedem Pana fiſtula decantat, poſſet regionem illam aliqua in parte criminari, quod ad paſcenda pecora lætiſſima paſcua non afferat. Nec etiam ullus tam ſolers plantator illius naſcentis in ſyluis fructus incuſabit, quod & uarietate, & multitudine, & ſuauitate non præſtent, cum tanta ſit in ea rerum omnium naſcẽtium copia, atq; in augendis herbis, ac producẽdis frugibus ubertas, ut eam regionẽ beatam & felicem ac dijs ipſis gratiſſimam ęſtimarent. Quæ uero huic proxima eſt ad Boream uerſus, & ipſa uberrima eſt, eam Armenij & matrem tenent è conſpectu Euphratis poſiti, uiri ipſi bellicoſi & pugnaces militariq; diſciplina eruditi, tũ etiam opibus & diuitiarum copia apprime pollentes. Verum ad auſtrum ſita eſt Babylon de qua dixi, quã ferunt Semiramim Medorũ reginã, cum bello antea regionẽ deuiciſſet, delectatã ſitu & locorũ amœnitate inexpugnabili muro circũcinxiſſe, atq; intra ciuitatis ipſius arces, mirabiles ędes ſuo bello confeciſſe, quas undiq; auro & candidiſſimo ebore, ac argẽto puriſſimo elaborat; regio etiam ipſa inſignis admodũ eſt & ferax.

Meſopotamia eſt media inter Tigrim & Euphratem flumina.

De laudibus Meſopotamiæ

Armenij populi bellicoſi.

Vbi ſita eſt Babylon.

Semiramis muris circũcinxit Babylonem.

De laudibus Babyloniæ.

Vbi naſcuntur Palmæ. ferax. Palmas parit ſuauiſſimos prę cæteris ferentes fructus. Parit & Berillũ qui glaucei eſt coloris, ac lon- *Hic oritur Berillus.* ge preciosior auro. Naſcitur etiam circa uerticem O- *Ciſsi* phietidos collis. Verum ſupra Babylonem ad Boreã *Maſsabeteæ et Chalonitæ populi.* uerſus Ciſſi tenẽt: Tum etiam & Maſſabatęę, & Cha- lonitæ. Sed ad mõtes Armenos uerſus qui ad orientẽ ſpectant, adiacẽt Medorum tempea, quorum qui ad Boream ſunt uerſi: Gelos appellant: Aſſiſtunt quoq; *Mardi & Atrapatini populi.* Mardi & Atrapatini. Ad auſtrum uero quicunq; ex ipſis Medis præ cæteris floruerunt tenent, qui'ue ibi imperium ſibi & ciuitates condiderunt, eosq; ferunt *De Heriona muliere filia regis Oſtæ, quæ Pandionida filiũ ueneǹs interfecit.* quondam ex illuſtri progenitos genere fuiſſe Herio- nę mulieris illius, quę ex Oſta integerrimo rege nata Pandionida filium apud Illiſij fluminis ripas uenenis interfecerat: Qua quidem ex re cum ipſa pudore affi- ceretur, inde aufugiens ad eam demum regionẽ per- uenit, quę eodem eſt nomine appellata, haud tamen procul à Colchis, neq; unquam auſa eſt, ob id ſceleris patriam repetere, neq; parentum conſpicere lachry- *Hic ſunt homines qui magica arte & diris ueneficijs utũtur* mantes oculos, cum admodũ formidaret eorũ iram. Ideóque homines illi maxime adhuc magicis arti- bus & diris ueneficijs utuntur. Ampliſſimã enim re- gionem colunt, & quidẽ multi montes tenent, ex qui- *Hic oritur Narciſsites.* bus maxime oritur Narciſſites: Alij potius planiciem colentes, irrigua paſcua, & læta prędia ſibi delegerũt

onuſta

onuſta paſſim multifariam pecorum gregibus, donec peruenitur ad portas Caſpias, quæ ad orientem ſpe- ctãt, atq; ſub altiſſimis iniectæ montibus aditus aperi- unt proficiſcentibus in Boream & in auſtrum. Nam una quidem uia hyrcana petitur, altera uero montes Perſię, uerum ſub ipſis prope pedibus Parthi tenent, genus hominum bellicoſiſſimum & ſagittandi uſu ſo- lertiſſimum, de quibus pauca dicere, haud importu- num iudicaui. Sunt enim eiuſmodi ut nũquam effo- dere aut arare tellurem, aut quouis alio modo colere didicerint: Neq; nauigãdo ad alienas urbes, aut mer- cando ſibi quas habent opes conquiſierint, neq; ſunt qui inter eos armenta ſequãtur, aut greges alant: Sed cum primum per ætatem poſſunt, aut arcum manu contorquent, & ſagittandi ſtudio conterũtur, aut pe- dum curſu & equitationibus continuis exercitati, mi- rabilem ad id ſibi artem & diſciplinam efficiunt. Sem- per enim ea regio iaculationibus & confractis lanceis & ſagittandi ictibus ſtridet: Semper concurſus equitũ inter ſe concertantium paſſim auditur, neq; ulli fas eſt cœnam adire, niſi prius certandi labore totum illius corpus in ſudorem defluxerit. Aluntur maxime ue- nationibus, quas aut iaculando conſequuntur, aut ſa- gittando, qui licet ob eam diſciplinam & acerrimos mores inſuperabiles eſſe uiderentur, à Romano tamẽ

Portæ Caſpiæ.

Via Hyrcana.

Mõtes Perſiæ.

Parthi ſagittãdi arte periti & bellicoſi.

De uita & moribus Parthorum.

Parthi à Romano imperatore deuicti.

imperatore deuicti faſcibus obtemperare ſunt coacti. Dicam nunc in quot hominũ genera regio illa diſtincta ſit, quibusue fluminibus irrigetur, ac demũ quibus intercidat montibus. Soli enim ſunt qui regiã dignitatem dicuntur obtinere: Soli etiam qui cęteris dignitate & potentia pręſtant, poſtquã Meoniã & Sardiniã fuerunt depopulati. Deinceps enim ſunt aureis armis in bello uſi, eorumꝗ equos aureis frenis & phaleris, argenteisꝗ calcris exornarunt, cum tantam huiuſmodi rerum copiam ex ea uictoria conuexerint, ut effluere diuitijs undiꝗ uiderẽtur. Verum Perſia ipſa tota altiſſimis uallatur montibus initiũ capiens à portis (ut dixi) Caſpijs, qua iter in auſtrum atꝗ uſꝗ ad mare protenditur, quod ab ea Perſicum eſt appellatum.

Parthi Meoniam & Sardiniã ſunt depopulati. Parthi aureis armis in bello uſi ſunt.

Perſia à portis Caſpijs initium ſumit.

Tribus aũt potiſſimũ partibus eſt habitata. Nã quidã ſunt in ſeptentrionẽ uerſi ad extremaꝗ coniecti, adhęrẽtesꝗ umbroſis montibus Medorũ, quidã in medio poſiti, qui mediterraneam regionem occupant, alij è regiõe, ad auſtrũ qui uſꝗ ad mare qd' dixi Perſicũ extendunt. Primi eñ ſũt Sabę, qbus Paſſagardę & Taſci & pleriꝗ alij adiacent, quorum regionẽ multi abluũt amnes ſinuoſis undiꝗ meatibus decurrentes: Ex una eñ parte Corus dilabit', atꝗ ex alia Choaſpes, qui cũ ab Indo exeat flumine Suſam ciuitatẽ irrigans, Achatem lapidẽ inter eius arenas inſtar Cylindri cuiuſdam proſtratum

Sabæ, Paſſagardæ, & Taſci.

Corus fluuius.

Choaſpes fluuius ab Indo exit.

Suſa ciuitas.

Achates lapis.

proſtratũ ac lacteũ oſtẽdit, quẽ ex ꝓpinquis mõtibus torrẽs ad planiciẽ cõtraxerat. Fructus ibi ob temperatũ aërẽ ſemp uirent. At nunc de reliquo Aſię tractu dicendũ erit, qui ad orientẽ uerſus uniuerſum illius deinceps limitẽ ac finẽ pficiet. Circa igit maris Perſici littora, eam partẽ uerſus qua orit ſol, Carmani inſidentes, haud lõge à Perſide regionẽ bifariã ſortiti ſunt. Nã ex eis quidã ſe ad maris littora cõtulere, quidã maritima contẽnentes intra continentẽ prę cęteris loca delegerũt. Ex his em̃ Gedroſſi ad orientẽ uerſi, uicini ſũt oceano, qui etiã Scythis illis adhęrẽt, quos dixi ad auſtrũ uerſus iuxta Indũ flumẽ, quod duplici hoſtio è regione in rubrũ dilabit mare. Verũ anteq̃ in mare concidat multa percurrẽs oppida & regiões, longũ quendã & inflexũ limitẽ perrat. Orit em̃ ex mõte Caucaſo ad ſeptentrionẽ uerſus, ſed in auſtrũ ſe inflectens Patalenẽ inſulã gemino cõplectitur brachio, ac deinde ad occidentẽ cũ intorqueat curſum: Oritas & Erabes ſecat, & qui linea paludamẽta induunt Arachotas: Tũ etiã Satraidas ipſos plabitur, ac eos omnes qui ꝓpe incolunt Parpauſi fauces, quos oẽs uno uocabulo Arienos uocãt. Hi em̃ ſilueſtrẽ admodũ & incultã regionẽ tenẽt, cum arenoſa ſit, nec ulli prorſus apta cultui, ueruntamen quæ ſatis habeat ex ſui natura & excellentiſſimo quodam & ſingulari munere. Nam ubiq; Co-

Carmani.

Gedroſſi.

De ortu Indi fluminis.

Patalenes inſula.

Oritæ & Erabes populi.

Arachotæ.

Satraidæ.

Arieni.

Hoc in loco Coralij paſſim naſcuntur.

Saphireæ cruſtæ.

India regio omniũ extrema ſed iocundiſ.

De qualitate hominũ Indiæ & eorũ moribus & ſtudijs.

De Berillo, Adamãte, Iaſpide Topalo, et Amethiſto lapidibus precioſis.

